



201
52 II
2

All' Eminent.mo e Rev.mo Principe
Sig.r Card. Luigi Lambruschini Vescovo di Sabin
Segret.o di Stato e dei Brevi di S. Santità ec. ec.
in segno d'ossequiosa stima e venerazione
l'autore


JOSEPHI JACOLETTI E S. P.

SPECIMEN

LATINORUM CARMINUM










ROMÆ
EDEBAT ALEXANDER MONALDIUS
MDCCCXLV


JOSEPHI JACOLETTI E S. P.

SPECIMEN

LATINORUM CARMINUM









ROMÆ

EDEBAT ALEXANDER MONALDIUS

MDCCCXLV

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI
S. R. E. CARDINALI PETRO OSTINIO
ROMANO
PUBLICO JAM HISTORIAE ECCLESIASTICAE
ET PHILOSOPHIAE DOCTORI
PONTIFICIIS DEINDE LEGATIONIBUS
AD AUG. IMPERATORES
BRASILIANUM ET AUSTRIACUM
EGREGIE FUNCTO
POSTMODUM A REGNANTE PONT. O. M. GREGORIO XVI
SACRA PURPURA INSIGNITO
ET AESINAE SEDIS EPISCOPO RENUNCIATO
NUNC
S. CONSILII EPISC. ET REGUL. NEGOTIIS MODERANDIS
PRAEFECTO
ET EPISCOPO ALBANENSI
DE OPTIMA KLERICORUM SCIENTIA
NON MINUS QUAM
DE RELIGIOSA DISCIPLINA SOLLICITO
JOSEPH JACOLETTIUS E S. P.
IN COLL. NAZARENO RHETOR
PLUR. ACADEM. SOC.
OBSEQUENTIS AC DEVOTI ANIMI ERGO
D. D. D.

VERSUS
HEXAMETRI



IN CHRISTI DOMINI NATALITIIS

A COETU ARCADICO CELEBRATIS

Quis mihi divini ingenium Raphaëlis et artem,
Quis dabit ardentes caelesti luce colores,
Ut quae humana simul divinaque monstra reportat
Laeta dies, properans caelo felicibus alis,
Pingere et adsimili valeam producere forma?
Nam desiderium subiit pulcherrima rerum
Pingendi; justumque senem castamque parentem,
Et puerum aeterni conceptum flamine patris,
Quos fortunatum prope Bethlen excipit antrum.
　Adspice! Qui terram librat, qui sidera volvit,
Qui fluctus pelagi, aethereas qui temperat auras,
Et nihilo educens immensum fabricat orbem,
Adspice quos habitet brumali in nocte recessus
Agrestis tuguri: quae culmina hiantia rimis
Fasciolaeque breves rigido subtegmine textae
Membra tenella feri prohibent aquilonis ab ira:
Et bruta infantem quae stent animalia circum.
Attamen haud infans alius formosior unquam
Terrigenas inter visus: seu lumina Jesu,
Sive os atque genas, aut frontem ac tempora cernas,
Aut crispos flavosque auro radiante capillos.
Immortale jubar siquidem toto emicat inter
Pauperiem vultu, atque oculis et fronte genisque
Majestas et amor rident, et pectora mulcent.



Sustinet at dulcem genitrix dum poplite natum,
Illum demisso totum speculatur ocello, et
Haeret adhuc visu, et nondum satiata tuendo est.
Quando pulcrior est tuita aut praeclarior usquam
Huic similem genitrix forma vel stirpe puellum?
Sed cur virgineis nullus se se exerit almae
E labiis risus? Quin pulcra obnubilat ora
Tristities, lacrymis et rorat lumina obortis?
Anne dolet stabulum, noctemque, et frigora saeva,
Pauperiemque sibi teneroque obtingere Jesu
Longaevoque viro, patria huc a sede remotis?
Haud tantum haec queritur, quantum sub corde dolorem
Intus alit, meditans crudelia funera nati,
Et pulcrum innumero laniandum vulnere corpus,
Figendumque cruci funesti in vertice montis:
Hinc lacrymae, hinc animi fluctus et dira procella.
Attamen ipsa imo reprimit suspiria corde,
Ne turbet pueri tentantem membra quietem,
Moestitiamque seni jam moesto questubus addat.
Qui oblique innixus baculo miratur utrosque
Et matrem et genitum, seque inter dividit ambos
Obtutu atque animo, utriusque ac pendet ab ore.
Se pronum simul exoptat demittere, et almi
Oscula ferre genis pueri, simul ipse veretur.
Quippe sub humana specie scit condere Numen
Se se: veridica et repetens insomnia mente,
Tum tenero studet infanti, tum Numen adorat;
Inque uxore stupet matrem integramque puellam.
Sed queis continuo splendet fulgoribus aether?
Qui cantus sonitusque cientur et aëra complent?
Aligerum en spectanda cohors a sede superna
Labitur, et miro exhilarat praesepe nitore.
Hic violas mollesque rosas et lilia fundit

Desuper, ut roris nimbum, aeternosque amarantos:
Hic serta innectit: citharam sed pulsat eburnam
Ille manu, et laudes celebrat sobolemque tonantis,
Nec non terrigenis laeto fert carmine pacem.
Caelicolae o juvenes, divi queis membra tueri
Infantis datur; aeternae o fulgoribus aulae
Assueti, et species illinc deducere miras,
Vos prĕcor, heus! vos picturam hanc absolvite, quae vix
Languidulis verum formis imitatur et umbris.



IN CHRISTI DOMINI NATALITIIS

A COETU ARCADICO CELEBRATIS



O quae sidereo cingis diademate crines,
Musa, precor, perfunde tua mea carmina luce,
Dum sidus memoro, quo non felicius unquam
Se se aliud terris caelo monstravit ab alto,
Nec tanto moestas recreavit lumine gentes.
Quippe velut nihilo eductus sol igneus olim
Grande Creatoris patefecerat undique regnum;
Sic astro dedit ipse novo sua signa Redemptor,
Insuetum quod dius Amor rapiebat in orbem.
    Alta sed informans regum sapientia mentem,
Quae stellarum obitus, certos quae comperit ortus,
Volvi axem circum vidit mirabile lumen,
Mira et inaccessas rapidum percurrere caeli
Lege vias. Stupuit tanto mens concita monstro
Primum: sed claro Fidei mox aucta nitore
Gentibus omnipotens quae dextera signa dedisset
Comperiit. Quae non mortales ardua norunt,
Sancta Fides, arsere tui si numinis igne?
Stellam suspiciunt reges portenta ferentem,
Atque Dei penitus dignoscunt omina laeta:
Dignoscunt alium exorientem e vertice solem,
Justitiae solem, bona qui jam cuncta reportat;
Optatumque diu sidus laetantur adesse,
Cui mare, cui venti, tempestatesque sonorae

Cedant; antiquas hominum quod mente tenebras
Falsaque disjiciat sceleratis numina templis,
Quodque suis caeca mersos caligine patres
Exhilarans radiis, jubeat sperare salutem.
Quare laetificam sensere in pectore flammam
Reges: Dius Amor namque illis viscera adurit.
Excipiunt omen, demissa fronte salutant
Sidus, et Infanti tria munera ferre parati
Luminis aetherei vestigia clara sequuntur,
Certisque adveniunt Bethlemica gressibus antra.

Quid, Galilee, tuae nebulosae sunt (1)? Mediceis
Fama satellitibus quidnam est tibi parta quaternis (2)?
Quid circa solem impulsi gravitate planetae (3),
Iridis aut septem in radios lux prismate fracta,
Docte Britanne, tuo (4)? Quid Platius, Olber, et Herschel,
Hardingusque, novae quidnam sibi laudis adepti,
Monstrantes Cererem, Junonem, Pallada, Vestam,
Et longo Uranum secretum tramite (5)? Quidve
Pulcrius arma docent oculos crystallina (6)? Postquam
Nullius instructis curvo munimine vitri
Regibus eois tam faustum effulserat astrum?

Oh! felix tamen ille sophus, qui mente sagaci
Grande legit summi Artificis super aethera nomen!
Ast illis agitat tenebrosa insania pectus,
Atque Erebi visenda forent prius horrida regna,
Quam caelum, vario qui dum splendore coruscas,
Et circum pulcro dispostas ordine moles
Dispiciunt, caeco tribuentes omnia fato,
Nulla lege regi, nullo res numine clamant.
Impia sint procul haec figmenta. Illustre magorum
Exemplum spectans, et sana mente volutans
Summam quisque Dei virtutem ac numen adoret;
Et sacra Bethlemis visens magalia, supplex

Dona precesque ferat Puero, qui rector olympi
Temperat astrorum cursum, et nova sidera condit.

(1) *Nebulosae* dicuntur stellae quae instar nubeculae apparent; sed oculo per telescopium intuenti patet easdem esse plurium stellarum cumulos. Galilaeus 38 stellas detexit in nebulosa Cancri, 14 in nebulosa capitis Orionis, 9 in ea quam praefert oculus Sagittarii.

(2) Idem Galilaeus per telescopium, quod ipse primus excogitaverat, detexit quatuor *Jovis Satellites sive lunas*, quarum inventionem dicavit Cosimo De Medicis magno Hetruriae duci. Hinc *Stellae Mediceae* appellatae sunt.

(3) Isaac Neutonus eam *gravitatis* sive *attractionis* vim in physicam invexit, qua planetae circa solem annuos orbes conficere putantur.

(4) Idem Neutonus per vitreum prisma candidam solis lucem in *septem* colores partitus est, *violaceum* nempe, *indicum*, *caeruleum*, *viridem*, *croceum*, *citrinum*, *rubrum*; qui in hunc ordinem distribuuntur juxta *refractionis* gradus.

(5) Planetae hic enumerati dicuntur *novi*, quippe qui a veteribus astronomis, ob telescopii defectum, ignorabantur. Martem pone sequitur Vesta, quam Olbers detexit anno 1807; subit Juno comperta ab Hardingo an. 1804; tum Ceres, quam italus noster Platius vidit an. 1801; Pallas demum Jovem antecedit, quam idem Olbers exploravit an. 1802.

(6) Omnes norunt quot et quanta prius invisibilia per *microscopium* ac *telescopium* humanis oculis patuerint.



DE CRUCE

QUUM IN ACADEMIA TIBERINA CHRISTI DOMINI
CRUCIATUS ET MORS CELEBRARENTUR



Horrendum terrae tremitum et reclusa sepulcra,
Tum cursu in medio defectum lumine solem,
Oceanumque suis tentantem erumpere ab oris,
Carminibus dicant alii: vel perfidi Judae
Terrificum fatum; aut imo de pectore ductas
Post culpam lacrymas longa et suspiria Petri;
Aut matris luctum crudeli in funere nati.
Mi crucis invictae liceat memorare triumphos,
Stipiti et augusto varios intexere flores.
Ex illa postquam ferali in monte pependit
Humani adsertor generis, tot vulnera passus;
Oceani terraeque plagas evecta per omnes,
Ceu ducis aeterni divinum insigne, refulsit
Innumeras subigens accitas undique gentes.
Quae Jovis oblitae portentum infame, superbam
Junonem, et foedam Venerem, furtique magistrum
Mercurium, divosque omnes, insana vetustas
Quos sibi condiderat scelerum documenta suorum;
Undique certatim sanctae sub imaginis umbram
Currentes, jungunt pietatis foedera; castis
Moribus informant animos; lex protegit omnes,
De cruce quam Deus, ipse Deus, tulit omnibus unam.
Et qualis Mose elatum deserta per Edom
Suspiciens populus fulgentem ex aere colubrum
Vipereos pepulit morsus et dira venena;

Haud aliter nova sectantes vexilla salutis
Antiquis aptant gentes medicamina morbis.
Hinc super excelsis visa est assurgere muris
Crux; hinc templorum decorare cacumina et arces;
Nec non praeclarum diadematis ornamentum
Est capiti regum aucta, ducumque in pectore fixa.
Nil quippe armorum fuit usque potentius illa,
Nil potis hostiles melius superare phalanges,
Nilquo domos melius camposque urbesque tueri.
Vis caeli nimbos nigrasque arcere procellas?
Grandine vis sulcos prohibere et fulmine tecta,
Aut placare feri spumantes aequoris undas?
Aethera crux lustrat, tempestatesque serenat,
Atque refert nitido radiantem lumine solem.
Horrida tartareae indicunt tibi praelia turmae?
Ensis et hasta tibi crux, murus et aeneus esto,
Scilicet a duro victor certamine abibis.
Cerne Canopaeis quales Antonius antris
Hac ope sustineat pugnas. Glomerata caterva
Inferno erumpens regno circumstat: in illum
Induit innumeras miro discrimine formas,
Mille nocendi artes adhibet: soepe impete magno
Aggrediturque virum, et cuncta in tentamina versat.
At frustra. Ille crucis signo densum ilicet agmen
Fundit, et in stygias cogit ruere omne cavernas.
Nec minus humanas datur hinc prosternere vires,
Quae rabie infernis praestant quandoque inimicis.
O qui pro patria atque Deo capis arma, periclo
Tu ne cede ulli. Divini nominis hostes
Hoc signo vinces. Veluti cum moenia Romae
Terrificis cinctus peteret legionibus audax
Contemptorque Dei Massentius, aethere ab alto
Caelesti apparens ostro crux fulgida et igne

Invicta Constantinum virtute replevit,
Undique barbaricas ut profligare catervas
Posset, et imbueret scelerato sanguine Tibrim.

Vis quoque in adversae patiens durare labores
Fortunae, seu cum rebus te vivere egenis
Est opus, aut fractum crudeli corpora morbo,
Immerita aut inter probra et convicia vulgi?
Crux tibi perfugium sola est. Quot dira malorum
In cruce pertulerit post tot benefacta Redemptor,
Intento meditare animo: tum in gaudia luctus
Vertentur: gazis in paupertate beatis
Dives eris: reddes odii pro crimine amorem.

Crux salve, o nostrae decus et spes unica vitae!
Da superare hostes, nuda seu fronte retectos,
Seu tacitas fraudes tenebrosaque bella moventes.
Suffice tu vires, fervet dum pugna; tuoque
Laetus in amplexu mortalia membra relinquens
Spiritus astra super felicibus advolet alis.



IN SOLEMNI ARCADIAE CONVENTU

CHRISTI DOMINI MORTEM LAMENTANTE

Et monumenta aperta sunt; et multa corpora
sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.
S. Matth. Cap. XXVII.



Ferali simulac pendens de stipite Jesus
Spiritum anhelitibus supremis fuderat, ima
Regna petit subito caeca caligine mersa,
Patrum ubi densa cohors longo jam tempore votis
Speque bona accelerat promissae gaudia lucis.
  Sollicitas primum solatur nomine cunctas
Exhilaratque animas, et tempora fausta salutis
Nuntiat adventare, illis quam protulit ipse.
Talia mox addit: Qui vobis parta feratur
Libertas oculis statui portendere vestris.
Quae nuper membris exutae limina ad ista
Postremo venere loco, jam corpora paullum
Sumere, et hinc remeare parent ad tecta Sionis:
Fas illic tantae caussas cognoscere sortis.
  Haec verba effatus, medium descendit in antrum,
Illos ut recreet, levibus quos flamma piatrix
Detergit maculis. Exinde et tartara nigra
Ingressus stygiae terret fera monstra paludis.
  At jussae extemplo superas evadere ad auras
Plures approperant animae, notisque sepulcris
Immissae, exangue informat gelidumque cadaver
Quaeque suum, atque suos artus suaque induit ora.

Tum tellus concussa tremit, saxisque revulsis
Interiora patent revoluto marmore busta,
Et notos reddunt jam functos funere vultus.

Qui, circum cupidos ad patria culmina et arces
Volventes oculos, caedis spectacla recentis
Golgotha in adverso prospectant. Dulcia Jesu
Agnoscunt ora: at quantum mutatus ab illo est,
Quem flavis videre comis et lumine divo
Spargere purpureisque genis labiisque decorem!
Nunc atro adspiciunt concretos sanguine crines,
Spinea temporibus quem seps expresserat olli;
Contusos riguisse oculos, pallescere vultum;
Sanguineos rivos per candida colla rubere
Perque sinum: lateri mortale patescere vulnus;
Atque manus clavis transfossas figier ambas
Atque pedes ligno: binos, ceu crimine magno
Pollutum, fures inter persolvere poenas.

Deinde viros cernunt, magnae pietatis adactos
Ignibus, e cruce demissum deponere in ulnas
Matris, proh miserae! quae tantae opprobria caedis
Pertulerat praesens, crudelem et corde dolorem
Sollicito biberatque imis incendia venis.
Nato figentem gelido oscula, suspirantem,
Pallentemque ipsam ceu mortis imagine cernunt.

Ergo haec intentis oculis animoque tuentur
Iam vita functi, et datur hinc ediscere caussas
Cur sperata diu niteat lux alma salutis.

Haec ubi visa, gradus torquent, et compita passim
Crudelis lustrant patriae: compluribus ore
Depingi risum adspiciunt, sed morsibus intus
Cor lacerum frustra laeto se abscondere vultu.
Quin ipsum cernunt furiis immitibus actum
Se laqueo jugulantem et suspensum arbore tetra

Iscarium: tam dirum horrescunt funus, et illum
Auctorem noscunt, clades fuit unde magistro.
Sed parte ex alia moerentes pectore toto
Discipulos largo perfundere lumina fletu
Atque choros spectant muliebres. Talia monstra
Haud satis est tumulo regressis cernere. Se se
Visendos praebent multis. Quos luctus adurget,
Dulcibus alloquiis relevant atque omine certo
Advenientis opis. Queis caeca mente scelesto
Et corde impietas bacchatur, voce severa
Objurgant, terrentque minis et lumine torvo.
Dehinc, positis iterum membris in claustra sepulcri,
Abrami repetunt gremium tacitosque recessus,
Et visa enarrant. Omnes laetantur et horae
Se se alacres cupidique parant, qua victor averni
Secum illos ducat reserati ad gaudia coeli.



IN ARCADICA SOLEMNITATE

DE SANCT. APOST. PETRI ET PAULI LAUDIBUS

CATHOLICAE ECCLESIAE ALLEGORIA



Vidi ego velivolam ponti per caerula navem
Millibus invictam se se objectare periclis,
Atque sui fidentem animo rectoris et arte
Immensas tranare vias, et litora mundi
Ultima tentantem diversas quaerere gentes,
Doctrinae quas luce novis et mercibus auctet.
Alte signa micant, niveo superaddita velo,
Hinc geminae claves auri fulgore nitentes,
Crux illinc. Duro contecta adamante carina
Proraque spumantes findit rapidissima fluctus.
Experta incumbunt pulcro ordine brachia remis,
Quae nullus labor enervat sudore fluente,
Obstaclum retinet nullum. Divinitus artem
Edoctus mire moderatur navita cursum.
Puppe sedens, caeli nunc ignea suspicit astra,
Nunc dexter clavum torquet, noctuque diuque
Officio advigilat. Nimirum haud nescius ille est
Quanta ratem circumveniant adversa per undas.
Atque adeo solers scopulorum infamia saxa,
Et brevia et syrtes vitat latebrasque frementes.
Sed quae monstra imo pelagi adventantia fundo
Navem circumstant? Immania dorsa, voraces
Dentes, horrificisque patentia hiatibus ora,
Heu! quantos luctus, quae funera acerba minantur!
Haud tamen ipse tremit nauta, et nil triste veretur.

At pia vota Deo tollens, crucis nndiqne signo
Dextra ostentato, nec non lnstralibus undis,
Agmina saeva fugat, sedesqne repellit in imas.
Tnm magis atque magis pergit tuto aequore ferri
Navigium: nam cuncta diu seu monstra silebunt,
Sive novam fremitu pugnam aggredientur inani.
At postqnam placide pelago arridente peregit
Magnum iter, et varios portus ingressa, per amplas
Iam sua conspexit venerari insignia terras;
Dum tenet alta maris; ventis luctantibus atra
Ingruit, immani saevitque furore procella.
Fulminibns crebris micat, intonat ac tremit aether:
Ingentis pluviae commixtus grandine nimbus
Praecipiti ruit impete: nox tegit omnia circum.
Tnm fluctus magno cum murmure debacchantes
Vel caelo insurgnnt, vel tartara nigra recludunt.
Undiqne terror adest et pallida mortis imago,
Iamque dies suprema viris instare videtur.
Rectoris tamen haud pallor se se exerit ore,
Haud intns timor est animo. Sed corda suorum
Ipse sna firmat virtute, et quemqne labori
Nunc mage adesse jnbet, nunc viribus addere vires.
At postquam quassata diu fluitaverit undis
Hinc illinc cymba, extemplo (mirabile visu)
Ceu rnpes stetit, iratam illisitque procellam.
Namque Fides illam omnipotens, velut anchora caelo
Demissa, immotam furias vel praestat in omnes.
Dein murmur pelagus paullatim ponit et aestum:
Mitescunt venti; zephyris spirantibus atrae
Concednnt nnbes; sol aethere fnlget aperto.
Ergo propitio jam rursns in aequore currit
Qnin volitat festiva rates, illamque salutant
Plaudentes populi, passim queis munera portat.

Altera sed reliqua est crndelis pngna, priusquam
Cunctas fortnnet gentes et litora mundi.
En medio in cursu rapidis pellens vada remis
Apparet gens dira, juvat quam vivere rapto,
Et dare christicolas caedi, ant onerare catenis.
Heu! quae nunc instant majora pericnla! Namque
Effera monstra maris scopnlosqne atrasqne procellas
Saevitia hae superant tnrmae sine lege vagantes.
Arma cito expediunt, alte et clamoribus anras
Implentes snper ecce rnunt: cadit ipse magister,
Dehinc alii atqne alii: fumat jam sanguine pontus,
Et rapitur pars stricta pedes et brachia vinclis.
Continuò sed vexilli de clavibus atque
De cruce lnx tanta erumpit splendore corusco,
Ut, ceu divini vi fulminis acta, repente
Contremat, inqne fugam se se gens impia vertat.
Tnnc, primo avnlso rectore, haud deficit alter
Petri navigio: subeunt tnnc ordine pleno
Remigio et velis alii, ventoqne favente
Magnum instaurat iter caelo gratissima puppis.
Sic cnrsnm sequitnr, donec labentibus annis
Orbem circumeat victrix furiantis averni,
Et cnnctas gentes Petri sub signa reducat.





QUUM IN AULA MAXIMA CAPITOLINA
PRAEMIA DISTRIBUERENTUR INGENUARUM ARTIUM CULTORIBUS
AB ILLUSTRI SOCIETATE AD PANTHEON CONGREGATA

PANTHEON A MENDACIUM DEORUM CULTU
AD VERI NUMINIS RELIGIONEM

ET SACRARUM ARTIUM STUDIA CONVERSUM



Heu! quae romuleas quondam vesania gentes,
Heu! quae relligio mendax et caeca tenebat!
Numinibus cur oceanum terramque polumque
Replere ac barathrum, et cunctis dare thura precesque;
Uno si caelique orbes pelagusque profundum
Terraque tartareaeque reguntur numine sedes?
Quippe infinita haud possunt consistere plura,
Plurave queis nulla ducatur origine vita,
Et quae res nutu valeant agere omnipotenti.
Praeterea quis totius circum undique mundi
Miro dispositas constantique ordine partes,
Legesque adspiciens quibus anni conficit orbes
Natura, atque vices permutat nocte dieque,
Talia quis cernens oculis et mente volutans
Dixerit arbitrio multorum cuncta subesse?
Cunctarum potius mundum permixtio rerum
Perpetua exagitaret, et omnia mota deorsum
Et sursum errarent nulla cum lege vagando.
Tum saepe exanimes ferrent animalia plantae,
Et plantas animal: pareret quandoque columba
Vulturios, lupa dira canes, atque agna leones.

Tellurem obrueret ripa erumpentibus undis
Oceanus, vel terrifico combusta calore
Omnia flagrarent, stellis ex aethere lapsis.
Quae cum ita nequaquam eveniant, fateamur oportet
Multiplices non esse Deos, regnare sed unum,
Qui cuncta omnipotens condat, sapiensque gubernet.
Neu quemquam Batavi fallacia verba sophistae
Decipiant, cujus Deus ipsa est machina mundi,
Unus tota Deus. Vanae oh! deliria mentis!
Oh! quam saepe sophi recto de tramite aberrant!
Ergone finita et variae subjecta figurae
Sunt Deus, immenso qui replet numine cuncta
Finibus obstrictus nullis, variabilis in quo
Nil usquam est, siquidem haud variat natura perennis?
Ergone discerpi Deus atque in frusta secari
Dicetur, morbosque atros et vulnera passim
Perpeti, et immiti vexari saepe dolore,
Talia cum tam saepe ferant hominesque feraeque?
Scilicet hoc finxisse sibi miserabile numen
Est nullum novisse Deum nullumque vereri.
Salve igitur felix templum, te subdita postquam
Uni Roma Deo, ipsius sacravit honori,
Et magnae Matri, invictis et mille catervis
Heroum, Christi firmant qui sanguine cultum (1).
Oh! felix templum, postquam Gregorius alta
Decrevit mente, artificum te deinde palaestram
Esse, quibus pietas cordi est et vivida virtus,
Et laudes ipse eximiis et praemia ponit (2).
Quae nova te species ornat! Tum sculpere saxo,
Pingere tum tabulis magnae simulacra parentis,
Totque aliorum, habitant caeli qui sidera et arces,
Per te lecta manus claris edocta magistris,
Circino et augustas certat describere moles (3).

Oh! quanto id melius, falsos quam fingere divos,
Et Iovem adulterio foedum, uxoremque superbam,
Et Venerem illecebris plenam, Martemque ferocem,
Mercurium et furem, lymphatum et mente Lyaeum!
Heroes, qui nunc dextras animosque sagaces
Artificum sancte exercent, cave numina credas:
Numinis at veri radius demissus olympo
Illos ad cordis pervadens usque medullas
Exeritur vultu atque oculis et corpore toto,
Et nova divinae praefert spectacula formae;
Quam gentes cupido mirantes lumine, raptis
Terram animis prope jam linquunt, adque astra feruntur.
Haud fallor: mage nunc percellit corda tuentum
Arte expressa nova Christo devota puella,
Quam solio quondam considens Iupiter aureo
Ambrosias inter mensas, divum atque dearum
Terrificum omnigena patrem stipante corona.

(1) Templum, eximium artis opus, quod olim Pantheon, nunc titulo insignitur *Sanctae Mariae ad Martyres.*

(2) Inter praemia quibus ingenuarum artium cultores cohonestat insignis Congregatio ad Pantheon vulgo „ *de' Virtuosi* „ principem locum tenent quae distribuuntur in *Concursu Gregoriano*, nempe munificentia Gregorii XVI. P. O. M. instituto.

(3) Opera exhibita ab artificibus ad praemium certantibus, tum in pictura, tum in sculptura, tum denique in architectura, non nisi sacra argumenta a catholica religione desumpta referre debent.



DE ADMIRABILI CONVERSIONE AD CATHOLICAM FIDEM

ALPHONSI MARIÆ RATISBONNE



Dum radios, sol alme, tuos et clara canebam
Portenta, innumeris visum oblectantia formis (1),
Lux nova ab aeterno fulsit nitidissima sole,
Cujus vix tenuis tu, Phoebe, putandus imago es;
Tum micuit fausto reflexa e sidere, parva
Quod vix parte refert praenuncia stella diei.
Haec igitur lux jure sibi mea carmina poscit,
Haec animum. Ipse novo spatium concede labori.
    Erroris tenebrae stygia caligine cretae,
Quae excaecant Judae jam tot per saecla nepotes,
Alphonsi mentem pueri alta nocte premebant.
Sed quum funestis studiis adoleverit aetas,
Relligione patrum contempta pejor in horas
Evadens, adeo in miseras ruit ille ruinas,
Ut nullum esse Deum jam crederet impius. Heu! quot
Primus in errores trahit error, semita postquam
Deseritur, quae sola fidem perducit ad unam!
Haec sors Alphonsum plures infesta per annos
Urgebat (2): neve ulla satis discrimina vitae,
Nec fuerant artes satis et facundia praesens
Eximii pietate viri, ut dispelleret umbras,
Et veri aspiceret radiantia numinis ora (3).
    Sed Deus omnipotens lacrymas et fervida vota,
Quae Alphonsi fundit germanus pectore ab imo (4),
Multorumque preces summo de vertice olympi

Excipiens, miro est juvenem miseratus amore.
Ergo olli, quae sponsa simul, quae maxima virgo,
Qnae genitrix propior caeli sibi regnat in aula,
Talibus effatur: Nostrae tu mnnera dextrae
Quandoqnidem mortale genus diffnndere supra,
O mater, gaudes, tenebris tu solve malignis
Alphonsnm, et nostri converte ad lumina vnltus:
En tibi nostra datur, Triade arridente, potestas.

Dixerat. Ast opus illa alacri pietate cupitum
Aggreditur dicto citius, plauditqne Tonanti.
Tnm pulcras vestit formas, quas gesserat olim
Qnum primnm aetbereis delapsa e sedibns imas
Venerat in terras, ut nulli obnoxia culpae
Membra informaret sterili concepta parente.
Nnnc eosdem crines, eadem nnnc vivida serta,
Eosdem ocnlos vultumque gerens peplique colorem
Sidera continuo et nnbes atque aëra tranat.

At jnvenis felix Andreae limina sancti
Visendi studio subiit (5): nam sangnine claro
Funerea illic pompa viro tnmulnsqne paratur.
Hic circumspiciens lugubres undique pannos
Dispositos, auroqne nitentia cnlmina templi,
Ilicet immensa perculsus luce repente
Concidit in genua, adque novi miracula visi
Horruit ipse simnl, simnl et laetatns abunde est.
Matronam quippe aetbereo fulgore coruscam
Cernit, divina tum majestate verendam,
Tnm specie talem, nihil ut sit pulcrius usquam (6).
Auricomnm caput effulget, cui sidera circnm
Intexnnt nitidam radiis ostroqne coronam.
Mixtns amor decori considit fronte serena,
Cui mare, cui venti cedunt, cui nubila et imbres:
Luminibus manant torrentes undique flammae,

Queis divina fluit circum vis: ore renidet,
Ceu mater nato pietatis percita sensu,
Protenditque manus, ceu complexura timentem.
Caeruleo vestis puroque simillima vitro
Membra tegit, longa et talos descendit ad imos:
Pes tamen exeritur, stygium quo comprimit anguem
Vibrantem frustra linguam rabido ore trisulcam,
Frustra conantem se centum exsolvere spiris.
Ad Dominae Alphonsus nunc tollit lumina vultum,
Nunc retrahens defigit humi, mirabile monstrum
Ferre diu haud potis: ut qui oculos intendit in ipsum
Solem adversum, acie perstringitur atque stupescit.
Attamen intus agit cor exuritque medullas
Caelica lux olli: antiquus dispergitur error
Atque scelus: totus juvenis mutatus ab illo est
Qui fuerat: ducit suspiria, fundit obortas
Laetitiae lacrymas, et verum numen adorat (7).
Haud aliter Jesum divina voce vocantem
Et jubare accensum miro perterritus audit
Saulus, et omnem iram in sanctum convertit amorem.
Sed quod portentum natus tunc egerat, alma
Nunc peragit mater, nati cui tradita virtus.
Quo non terrigenas, caelestis gratia, ducis?
Quidnam operis tibi grande? Polo demissa sereno
Aura secunda fugas tu nubila, et aequora placas:
Tu ros in placidis foecundas noctibus arva:
Tu fax horrificas depellis diva tenebras:
Tu fulmen scopulos potis et perfringere montes.

(1) Hic auctor indicat suum poema didascalicum *de Luce* italicis versibus conscriptum.

(2) Alphonsus judaeis parentibus natus judaicae legis officiis naviter in pueritia functus est. Deinceps vero, impiorum praesertim librorum lectione corruptus, adolescens nullam pene religionem profitebatur, ita ut Deum ipsum existere in dubium revocaret.

(3) Nobilissimus vir Theodorus De-Bussierre nullis pepercit curis et suasionibus ut Alphonsum a falsa seu nulla ad veram religionem abduceret.

(4) Theodorus Alphonsi frater, qui catholicam fidem amplexus fuerat, et ad sacerdotalem dignitatem evectus, assidue Deum precabatur pro germani conversione; quod et praestitit idem De-Bussierre, aliique.

(5) Alphonsus ingressus est die 20 januarii ann. 1842. templum S. Andreae Apostoli, vulgo *delle Fratte*, ubi solemnes exequiae parabantur cl. viro comiti La-Ferronnays, repentina morte correpto.

(6) Ad perpetuam memoriam huiusce visionis, quae quidem a poetico figmento longe distat, idem altare, in quo Virgo Deipara Alphonso apparuit pulcherrima tabula exornatum est per *fratres minimos* templi ministros, quae imaginem refert ab Alphonso visae persimilem.

(7) Alphonsus, hoc prodigio ad veram religionem vocatus, patribus Societatis Jesu se se commisit erudiendum Catholica fide et Baptismati parandum. Quod Sacramentum illi laetitia gestienti ministravit die 31 ejusdem mensis una cum Confirmatione et Eucharistia eminentissimus ac reverendissimus Cardinalis Constantinus Patritius Summi Pontificis in urbe Vicarius. Porro aliquot post menses Alphonsus eidem Societati Jesu se se magna cum alacritate addixit.



ROMANA CHARITAS PUERIS OPITULATUR

QUOS LUES INDICA PARENTIBUS ORBAVERAT (1)

Sat dirae pestis caedes, sat funera, et urbis
Squalorem gemitusque et terrificos ululatus
Solliciti vates tristi cecinere querela.
Fas modo virtutis praeclara exempla referre,
Quae dulci afflictas recreat solamine gentes,
Romulidumque animis dignas intexere laudes.
    Lugens abreptos crudeli morte parentes
Hinc illinc totam erraret miseranda per urbem
Natorum turba, et repleret questubus auras
Semisses rogitans, vestes panemque domumque;
Romanus nisi tam dura infortunia solers
Praeveniens amor, et pietatis percitus igne,
Praeclarum statuisset opus. Nam faucibus ardet
Et famis eripere, atque hyemis defendere ab ira
Desertos pueros, et certis cogere tectis.
    Fama operis tanti volat ilicet: undique largae
Concurrunt dextrae, et, stabili ceu foedere facto,
Certatim dant auxilium, ut praesentia damna
Avertant miseris, sortem statuantque futuram.
    Cernere erat claro matronas sanguine ductas
Atque viros alto fungentes munere, postquam
Jam sua contulerant argenti dona vel ari,
Ire, redire domos urbis, conquirere et illis
Subsidium, nondum possunt qui promere voces,

Et quo se vertant ignorant. Quisque ministrat
Impiger aut res aut nummos, prout copia cuique est.
Ac veluti magna extruitur quum funditus aedes,
Diversi artifices partes operum atque labores
Inter se se distribuunt: hic marmora caedit,
Hic ligna; iste locat lateres et calce revincit,
Ille aes aut ferrum vulcani perficit arte;
Cuncti instant, cuncti simul aedem ad sidera tollunt:
Haud secus inceptum properat Roma undique tota,
Et jam pro miseris est magna recondita messis.
Sed nondum hic finis. Guavas potis omnia mentes
Exacuit pietas. Varia quae namque supellex
Arte laborata ingenti cumulatur acervo,
Multiplici debet fructu se vertere in aurum.
En schedae innumerae mutantur singula nummos
In tres (2). Oh! melius ludis pretium atque theatro!
Tum sua rura, quibus cedunt jam Thessala Tempe
Hortique Hesperidum resonaeque Helicouidos umbrae,
Magnanimus princeps (3), operis cui maxima cura est,
Spectaclo atque novae auxiliandi destinat arti;
Virtutisque studet celsa ad fastigia vulgo
Explanare viam permiscens utile dulci.
Quamvis saepe notus nubes pluviamque tulisset (4),
Ceu terrae invideat caelum quandoque triumphos;
Summa dies tamen advenit, cui ridet olympus.
Portas, quae semper cuivis patuere volenti,
Nunc servat custos, pretium qui percipit, orbis
Augendum pueris, alacri pietate solutum (5).
Quis modo quis magnas peditumque equitumque catervas,
Quis currus numerare ausit, queis lata vireta
Fervent? Praecipue turba agglomeratur in amplo
Circo, Senarum cepit qui nomen ab urbe;
Namque hic officii est simul et pars maxima ludi.

Hic omnes oculis intendere et aure; remoti
Aut summis pedibus celso aut se attollere curru.
Bina stat urna capax, gemiuaeque exinde trabuntur
Sortes; altera victorem notat, altera mercem.
   Plausibus interea festivis insonat aër;
Plausibus admiscent se tympana, sistra, tubaeque;
Plausibus atque melos fremit e couvallibus echo.
Exultant fauni ac dryades, nemorumque sub umbra
Laetas intexunt choreas: stagna ima relinquunt
Naïades pulcrae, et rorauti pectore surgunt.
   Haud procul inde fluens flavis caput elevat undis
Ipse pater Tibris; profert dehinc talia voce:
Oh! fortunati, quorum conversa repente
Est sors in melius! Monstrum crudele parentes
Haud rapuit vobis: alios nam provida patres
Atque alias vobis quaesivit patria matres.
Crescite felices, memores et crescite tanti
Semper promeriti, et magnis virtutibus aucti
Pro patria et sancta pro relligione valete.
   Dixerat, inque suum rediit laetissimus antrum.

(1) Recitatum in solemni conventu Academiae Tiberinae.

(2) Ea nempe fit quae vulgo dicitur *Lotteria*.

(3) Princeps Marcus Antonius Burghesius.

(4) Pluries pluvia impedivit quominus statutis diebus sortitionis spectaculum haberetur.

(5) Villa Principis Burghesii amplissima et pulcherrima extra portam Flaminiam populi romani deambulationi et solatio quotidie patet. Hoc vero die nemo ingredi poterat nisi certam pecuniam solveret ad egentium puerorum opem augendam. Quod et alias deinceps peractum est eadem de caussa.



DE REGALIBUS NUPTIIS
VICTORII EMMANUELIS SABAUDI
ET ADELIS FRANCISCAE AUSTRIACAE

TAURINI CELEBRATIS MENSE APRILI ANNI MDCCCXLII (1)



Ergone laetitia in tanta faustisque hymenaeis
Et dabitur carmen tiberinis pangere musis
Fatidicum, et longe plausus iterare frequentes,
Queis alpes circum resonant, et litora cuncta
Italiae exhilarant quocumque e montibus altis
Flumina profundunt tot foecundatia campos?
Quin par est Tiberim, latiis ubi prima camoenis
Excolitur sedes, versu celebrare latino
Regales Juvenum laudes dignosque hymenaeos.
Nam Tiberim Eridano longos conjuncta per annos
Dulcia amicitiae ac pietatis foedera nectunt:
Maximus et sacri Pastor de culmine montis
Voce manuque, Deum supera queis devocat arce,
Tantis arridens hymenaeis fausta precatur.
Porro ubinam virtus praeclara et nomina gentis
Utriusque latent, unde alta ab origine sanguis
Ducitur in sobolem modo junctam vinculo amoris?
Anne Philibertos quisquam fortesque Amedeos
Nescit, an Eugenios? Anne ipsum sceptra tenentem
Suaviter Albertum nunc, quondam militis omni
Officio atque ducis functum, et spectacula dantem
Pectoris invicti; quae jam prope Atlantidos undas
Gallorum mirata phalanx, mirataque Ibera est (2)?

Nec minus Anstriacae florescit gloria stirpis,
Qnae, lata moderans popnlos ditione, tot usque
Protulit heroas magnos, tot mnnera et artes
Ennmerat pacis, tot pugnas atque trinmphos.
Relligione tamen primam domus utraque laudem
Promeruere sibi, divina et jura tuendo.
Iam multos ideo cepernnt regna Sabandos
Caelica et Anstriades, qni thure coluntnr et aris.
At Juvenes, qneis altus amor regalia vincit
Pectora conjugio, illnstres sub corde atavorum
Virtntes et mente serunt, jam copia floret
Unde operum insignis, major tamen usqne futura.
Non illis unquam perstringent lnmine tanto
Gemmea serta oculos, non anri fnlgor et ostri,
Amplins ut neqneant miseros a sede tueri
Excelsa, atque manu afflictos relevare benigna:
Sed miro pietas nodo sociantur et alta
Nobilitas, charites cum majestate nitescunt:
Hocce exempla patrnm natnrae et semina snadent.
Hand totum sponsi replent cor classica Martis
Belligerique animi, nec solum mente volutat
Victrices lanros et bellica facta suorum,
Quae renovare quidem potis est. At dulcia miscet
Pacis consilia, et fidei tntamina divae,
Palladis ingenuas artes, stndinmqne Sophiae;
Nec non astrorum interitus et comperit ortus (3).
Talem fama refert natnm prndentis Ulixei,
Quem praecepta boni et vestigia clara secutnm
Mentoris aetatem snpra sapientia vexit.
Haud Nuptam formae cnltus tenet, aut pede certo
Pulsare aulaea, et longas celebrare choreas,
Aut levibus molles libris inqnirere amores.
Sed rerum testem historiam morumque magistram

Perseqni, et innumeras gentes dignoscere et urbes
Et mores hominum, varias expromere linguas,
Fundere conceutus, ac telas pingere dextra,
Regalem et quaecumque decent dlamque puellam,
Quae cuncta exornat laus inviolata pudoris.
Sponsam duxisse adsimilem Theodosins olim
Fertur Athenaidem, rideus cni gratia vultu,
Sed virtus oris speciem doctrinaqne vicit.
Vos igitur dextras, o tantis dotibus aucti,
Jungite, progenies regnm. Sonet nndiqne clamor
Laetificus; dicatnr io felix hymenaee!
Regina Eridani insneto pulcherrima luxu
Urbs gestit, varios flores herbasqne fragrantes
Per latos spargit trivios, per templa, per aedes.
Assurgnnt arcus, qnales jam Roma trinmphis
Saepe ducum erexit, noctem pulcro ordine taedae
Vincunt, urbemque illustrant ceu Phoebus ab axe.
Nec non et magico turris fabrefacta labore
Ignita omuigenis variata coloribus iris
Centnmqne oblectat formis sub nocte serena
Stipatam, obtutu haerentem, circum undiqne turbam.
Nam flores colubrosque sinu piscesqne volantes,
Nimbosque immensos stellarnm, lncida monstra,
Evomit ad caelum: fulgnr tonitrusque sequuntur (4).
Mane armis instrncta nitentibus agmina vasto
In campo simnlacra cieut certaminis (5). Ipse
Primas ante acies praeclaro nobilis ansu
Cnm Patre Nnptns adest, docto cum Mentore Frater.
Tum pietatis opus viden? Urbs ut gestiat alma
Munera sortiri vnlgo? Quam provida egenis
Vestes atque dapes manibns det copia largis (6)?
Relligio viden nt solemnem agat ipsa triumpum?
Objicit en velum gemmis auroque refulgens

Undique spectandum, propriae vestigia caedis
Christus ubi impressit divino tincta cruore,
Effigiemque sui, qua vult solarier usque
Urbem, Taurini, vestram, ac tutare periclis (7).

Omnia laetitiam ostentant. Miracula tanta
Visendi studio multi vel dissita linquunt
Ausoniae loca; nec desunt germanus et alpes
Transgrediens gallus. Sed maxima gaudia pectus
Pertentant pubis, quam felix educat ora
Duriae et Eridani, vel fida Sabaudia mittit,
Sardinia aut pinguis, vel Iani urbs mercibus aucta.
Omnes conveniunt, omnes invisere certant
Regificas pompas. Cunctorum at maximus ardor
Luminibus Sponsos cupidis animoque tueri.

Vos etenim, Nupti, spes o dulcissima regni,
Vos populi adclamant, vobis bona cuncta precantur,
Omine quin certo noscunt ventura. Hymenaeis
Hisce magis stirpes inter firmabitur ambas
Foedus amicitiae, quod jam tot saecula servant.
Dumque fides et amor gentem conjungit utramque,
Quosnam Itali metuant hostes? Discordia quidnam
Proficiet saevos quatiens in finibus angues
Atque facem ausoniis? Sed enim jam longa videtur
Conjugio ex tanto heroum consurgere proles,
Quae fortes imitans proavos laudabitur alta
Virtute, et factis addet nova facta vetustis.
Ridebunt pulcra genitricis imagine natae,
Adspectu nati referent et pectore patrem.

Quare agite, o Iuvenes, regales jungite dextras,
Adnuite et populis vestro quandoque regendis
Imperio, atque coli jam nunc assuescite votis.
Neve ipse impediar sacro de monte Quirini (8)
Plaudere carminibus. Quamvis mea carmina nil sunt

Quam de rupe sonans echo. Non parturit illa
Sensus: acceptas reddit sed languida voces.

(1) Auctor hoc carmen miserat manuscriptum, ipso nuptiarum tempore, ad excellentissimum et literatissimum equitem Caesarem Salutium, magnum Caroli Alberti Regis cubicularium, praefectum exercitus, et regalium principum educatorem.

(2) Hic innuimus bellicis gestis praeclarissimis, quae in Hispania peregit anno 1823 Rex Carolus Albertus, tunc Princeps *Carignani*, praecipue spectatissimum virtutis specimen quod praebuit in *Trocaderi* expugnatione.

(3) Princeps, una cum augusto fratre, et astronomiae operam dedit in Taurinensi specula, docente celeberrimo astronomo *Plana*.

(4) Ad machinas *pyrotecnicas* construendas amplissimas et pulcherrimas, ab ipsa Roma famosi artifices Taurinum accersiti fuerunt.

(5) Simulatis certaminibus, sicut et veris, pedemontani milites excellunt, tum ob ingenitam virtutem et dexteritatem, tum ob militarem disciplinam a ducibus et ab ipso Rege studiosissime procuratam.

(6) Innumera fuerunt subsidia pauperibus distributa, sive per sortitiones, vulgo *Lotterie*, sive per distinctam et certam assignationem.

(7) Inter caetera spectacula, publicae venerationi exhibita fuit *sanctissima Sindon*, augustum illud christianae religionis monumentum; quae Taurini in regali sacello servatur urna admodum pretiosa, religiosissime colitur, et in rebus adversis saepissime civitati opitulata est.

(8) Auctor incolit Collegium Nazarenum ad radices montis Quirinalis situm.

DE VEHICULIS VAPORE MOTIS



Quisnam terrigenis tanto dedit impete et ausu
Accelerare gradus, ut parvo tempore longos
Terrarum tractus atque infinita profundi
Aequora percurrant maris, et nova litora quaerant?
Anne leves hominis tergo Deus addidit alas,
Queis avibus ventisque citis et fulminis igni
Quantumvis rapido valeant contendere cursu,
Et quo mens fertur, corpus cum mente feratur?
Portenta haec fluidus nostro vapor attulit aevo,
Suppositus quem vulcanus ferventibus undis
Excitat, atque levem diffundit in aetheris auras.
Nam calor intus agens mira virtute penetrat
Atque alios aliis globulos disjungit aquai,
Qui tenuantur et ascendunt ceu nubila fumi,
Aeque subtili donec librentur in aura.
Quod si carceribus vapor obstringatur ahenis,
Et vi claustrorum ingenti vel pondere pressus
Impediatur; equus ceu dura repagula mordens,
Ipse furens intus magno cum murmure et ira,
Quo mage densatur, magis ostia ferrea pulsat,
Et nisu impellit rabido: dein pondus et omne
Obstaclum abrumpens procul ejicit, atque fragore
Intonat horrendo dum libertate potitur.
Vim tantam experti quibus est describere leges
Naturae et motus metiri et quaerere caussas
Cura animo, inque bonum humanae convertere gentis,
Solerti indomitum docuerunt arte vaporem
Flectere in innumeros tute et moderarier usus.

Adspice ad id qualis fabrefacta est machina, docti
Vatti opus aut Vulfi gnavum (1), et queis partibus aucta
Eximia textis compagine, demiranti
Daedalus intuitu quam debeat ipse stupere.
Effossus carbo telluris viscere (2) flamma
Uritur assidua, laticem quae concitat aestu,
Inque vaporiferos cogit se attollere nimbos.
Sed vapor adjunctum lateri ferventis aheni
Ingreditur tubulum: duplici tum semita in amplum
Irrumpit, strepitansque morae impatiensque, cylindrum:
Nempe per alternas valvas nunc ima cylindri
Claustra petit, nunc summa; inter quae vectibus actus
Embolus exaequat motus sursum atque deorsum (3).
Emboli at alternis pulsus vapor ictibus inde
Labitur in concham, gelido quae fonte rigatur (4):
Huic aestus partem concedens stringit in undas
Se se iterum liquidas vapor: anthlia tum haustibus illum
Assiduis sorbens reddit, ceu vena, lebeti,
Quem quod alat lymphis *altricis* nomine gaudet (5).
Interea insistens axi librata superne
Ferrea virga, suis quam motibus embolus urget,
Brachia nunc supra attollit, nunc deprimit infra,
Ceu libra cui pondus nunc hinc nunc additur illinc (6).
Vis mage perficiatur opus? Sint bina cylindri
Corpora; utrique suus natet embolus, alter ut altum
Quot repetit vicibus, tot ad imum decidat alter:
Sic perfecta suas duplicabit machina vires (7).
Porro volubilibus conceptum brachia motum
Vimque rotis indunt, valeat quae robur equorum
Tercentum superare (8): rotis tum fertur utrinque,
Remigio veluti alarum, properatque per undas
Navis Americae primum navalia linquens (9).

Illa ubi carpit iter liquidum portuque recedit,
Undique concurrunt spectatum ad litora turbae,
Et resonis illam palmis et voce sequuntur
Laetifica, longeque diu per vasta volantem
Aequora mirantur: quippe arduus usque caminus
Longe adspectandum glomerat de vertice fumum,
Suspensosque levi signat caligine sulcos.

Eolus at, tantae haud curans miracula navis,
Non cohibet fraeno ventos dirasque procellas.
Sed magno insurgunt eurusque notusque furore,
Inque illam ex imo cumulantes gurgite fluctus
Frangere nituntur scopulis et mergere ponto.
Necquidquam tamen: ipsa etenim quo robore pollet
Interius, victrix externos despicit hostes,
Atque impendentem pelagi caelique ruinam;
Prosequiturque citum tali moderamine cursum,
Ut tuta optatos portus pertingat et urbes,
Nec minimum posita fallatur temporis hora (10).

Siquando tamen haec eadem vis intima certos
Excedat fines; magni fit caussa timoris
Aerumnaeque gravis. Quare cui creditur ipsa
Machina servanda et discrimen in omne regenda,
Incumbat vigil, immodico ne ferveat aestu
Vulcanus; stabili laticis ne copia meta
Discedat supra aut infra, at sua limina servet (11);
Neve usquam patuli impediantur forte meatus,
Queis vapor insinuat se se, nec rupta fatiscat
Parte aliqua moles, mordaci aerugine adesa,
Aut aevo effoeta, aut longo tenuata calore.
Saepe igitur cuncta inspiciat circum undique, foeda
Expoliat, disjuncta aptet, renovetque vetusta.
Valvam praecipue *tutricem* exploret, (12) aheni
Qua paries auctus, justo an stet pondere pressa,

An vapor impellat niminm atque infausta miuetur.
Talia ut faciat custos, heu! quanta rnina
Navigio et nantae et vectoribus immiuet! Alto
Aera fragore crepant, dispersaqne membra per anras
In mare disjicinnt confractae molis, et omne
Mercis onus, gazasque, et corpora caesa virornm,
Qui vix fata queunt mortemqne dolere inopiuam,
Snrdisque extremos veutis committere questus,
Aether tum tonitru late pelagusque resultat.
Hand aliter caecis strepitans quandoqne cavernis
Aethna vomit flammas lapidesqne ex ore liqnatos,
Et clades circum horrificas et funera spargit.
Tantum igitur caveat vigilis solertia casum
Custodis, propriis neu parcat navita cnris.
Quid siqnidem mens alta juvat stndiumque sophorum
Abdita scrntandi rerum, atqne recentibus artes
Ditandi inventis, degant nisi tutius aevnm
Mortales, uova pandatnr qnin semita morti?
Quid jnvat extremas ratibns conquirere terras,
Et raras illinc gemmas divesqne metallum
Ad patrios deferre lares? Quid gente potiri
Hactenus ignota, lateque exteudere regnum?
Si nova morborum facies et foeda repertas
Delicias et opes vitiorum monstra sequantur?
Ergo praecipiti navis compnlsa vapore
Non modo ab altisono servetur tnta periclo;
Portibus at portns commutans, urbibns urbes
Assidna promptaqne vice, heus! commercia laeta
Semper agat: pulcras artes et gaudia pacis
Virtntisque decus terras diffundat in omnes
Et casti ingenii fructns navique laboris.
At fera vipereos agitans discordia crines,
Immanisque furor succensns lumina flammis,

Et fraus ore ferens risum sed corde venenum,
Impietas aurique rapax et dira cupido,
Ne puppim ascendant populis meditantia luctum.
Inclita relligio, quam Christus ab aethere secum
In terras duxit, primus docuitque magister,
Quae pridem navis pingi sub imagine gaudet,
Ipsa gubernaclum regat, alta spleudida puppi,
Ceu solio regina, sedens, gentemque remotam
Abditam adhuc sylvis, cui mos et vita ferarum,
Lumine pervadat fidei, et sibi captet amore;
Tum ponat leges et veri numinis aras,
Immanesque animos corda in mitissima vertat.
Nimirum in faustas homini portenta vaporis
Sic cedent sortes; sic non felicius unquam
Intuitus regno fuerit Neptunus ab alto
Navigium, non quod pretiosa ad vellera pubem
Argolicam haud tentata prius super aequora vexit.
Neve haec Neptuno invideat miracula Tellus
Et merces et opes. Laevi nam limina ferro
Extructa, et solidis clavis et marmore juncta,
Jam multas toto orbe vias per longa locorum
Intervalla secant et complectuntur utrinque.
Illa super limbis partes librantur in ambas
Transiliuntque rotae, constanti quas vapor urgens
Impete cogit iter, velut ignea tela, vorare.
At primus, fumans vehitur quo machina, currus
Post se alios aliosque rapit longo ordine, et omnes
Usque pari calcant eadem vestigia cursu.
Cunctarum hinc subito per gentes copia rerum
Funditur innumeras. Tectum hinc natale revisit
Saepe hospes: dulcem genitrix ad pectora natum
Hinc recipit facile, juvenis matremque patremque,
Queis multam trepidi et flentes dixere salutem

Paucos ante dies, patrio cum limine abirent.
Hinc spatium, magnam Anglorum quod dividit urbem
Bruxellis, cultu atque omni felicibus arte,
Pervolat una dies terraeque marisque vapore (13).
Nec longe jam tempus abest, cum talibus ausis
Cuncta Europa suas valeat sic foedere gentes
Jungere amicitiae et morum, ut gens unica fiat.
Quid posset melius doctae solertia mentis
Invenisse? Quid artifices fabricare periti?
Mortali quidnam generi concedere divos?

Attamen imperio jam jam frustare vaporem
Ipse aër, qui terrestrem complectitur orbem,
Incipit; exhaustus qui nunc et carcere pressus,
Nunc laxatus, agit naves currusque per aequor.
Felix inventum, plenis ubi fata secundent
Ominibus suscepta operis tentamina et ausus!
Pondere carbonis siquidem laticisque minuto,
Navigium aut currus multa succrescere merce,
Et plures hominum poterit gestare catervas,
Nec toties initum cogetur rumpere cursum.
Felix inventum! Flammae discrimine et aestus
Amoto, nostrum melius tutabitur aevum.
Ac Deus, aërio qui nos educere fonte
Vitales statuit tumidis pulmonibus auras,
Ipse dabit pressi instrumenta per aëris et vim
Omne parare bonum nobis et gaudia vitae.

(1) Vattus (Watt) principem locum tenet inter artifices machinarum per vaporis vim agentium. Porro Vulfius (Woolf) multum et ipse hac in arte celebratur. Ideo ex multiplici ejusmodi machinarum genere duae sunt quae talium auctorum nomine distinguuntur. Vatti insuper memoria per marmoreum simulacrum jure ab anglis, ejus civibus, immortalitati mandata est.

(2) Vulgo *carbon fossile*.

(3) Embolus (*Stantuffo*) duabus valvulis munitur ita dispositis ut vapor lebete per tubulum egrediens alteram aperiat, et super embolum ascendens superiorem cylindri partem repleat, tum per alteram illinc in inferiorem partem descendat, ubi densatur. Sic embolus alternis urgetur et aequis impulsibus modo sursum modo deorsum.

(4) Ejusmodi concha (*condensatore*) frigidae aquae jugiter plena densat et in aquam iterum vertit vaporem sub embolo contentum in inferiori cylindri parte.

(5) Ex dicta concha per anthliam quae *altrix* vocatur (*tromba alimentare*) aqua in aestuantem lebetem refertur.

(6) Haec machinae pars ea est quae vulgo appellatur *bilanciere* ob ejus cum libra similitudinem.

(7) Machina hoc modo confecta dicitur *a doppia pressione*.

(8) Vis machinae vapore impulsae cum viribus equorum comparari solet, et per eas metiri. Nempe cum dicitur e. g. vim alicujus machinae esse *decem equorum*, id intelligendum quod ea posset ad certam altitudinem secundo horae momento (*minuto secondo*) idem pondus extollere, ad quod extollendum decem equi simul exigerentur. Ita *momentum dynamicum* mechanici supputare consueverunt.

(9) Naves vapore motas proposuit Ionathan anno 1736. Perrierius (Perrier) unum ex hujusmodi navigiis construxit et in Sequana expertus est anno 1775; dein italus Seraphim Serratius in Arno anno 1787. At vero Sultonius (*Soulton*) primus machinas vapore motas perfectiores ac tutiores navigationi aptavit in America anno 1807: quod navigationis genus in Anglia deinceps initium cepit anno 1812, in Gallia anno 1814.

(10) Licet in praefiniti temporis notitia et securitate inter procellas enunciauda hyperboles poetica hic usurpetur: tamen exploratum est navigia vapore impulsa a statuto itineris tempore haud longe recedere, et tempestatum vim multo minus extimescere quam caeterae naves metuant.

(11) Aqua in lebete contenta ad eamdem semper libellam respondere debet. Nam si supra ascendat, aestus turbatur; si vero infra descendat, flamma lebetis partes aqua vacuas exurit et destruit. Quamobrem ad aequabilem aquae libellam inspiciendam et servandam tubulus lebeti adjicitur.

(12) Valvulam *tutricem* diximus quae vulgo appellatur *valvola di sicurezza*; quae extrinsecus lebeti adhaeret, et ipsa cedit vel exploditur antequam nimia vaporis pressura lebetem disrumpat.

(13) Hic innuitur itineri nuntiato a Romana Ephemeride die 27 augusti anni 1844.



ELEGIAE



B. MARIAE VIRGINIS AUXILIO

ROMA PESTIFERO MORBO LIBERATUR ANNO DXC (1).



Atra per italicas pestis concreverat oras,
  Intentans populis horridam ubique necem.
Et properans magno tiberina ad litora gressu
  Lethalis media jam furit urbe lues.
Quis posset rabidum fando exaequare furorem?
  Quis lugere satis funera carminibus?
Serpit per venas atque ima per ossa venenum,
  Corporis et vires proterit atque animi.
Pallent ora modis lventque trementia miris;
  Rumpitur immiti foeda tumore cutis.
Infans occumbit letho praereptus acerbo,
  Dum lac maternis sugit ab uberibus.
Conjugis amplexu conjux divellitur: heu quot
  Orbi jam nati utroque parente gemunt!
Undique cura gravis, timor undique, et undique luctus;
  Atque domus gemitu, templa, viaeque sonant.
Nec non obductum densa caligine caelum
  Exagitat crebris pectora anhelitibus.
Non ulla immanem propellunt pharmaca morbum,
  Et surdum precibus dixeris esse Deum.
Nulla salus miseris superest; jam jamque supremum
  Impendet septem collibus exitium.
Gregorius (2) sed enim ardenti succensus amore
  Matris, quae caeli prima ministrat opes,

Vota precesque illi et solemnem indicit honorem,
Ut velit in tantis dextera adesse malis.
Ergo quam Lucas depinxit (3) imago per urbem
Magnum inter coetum fertur ab Exquiliis.
Plebs pia cumque pia procedit plebe senatus,
Totaque desertis convenit urbs foribus.
Effigiem sacri certant gestare ministri:
Quodnam humeris pondus dulcius aut capiti?
Pone subit magnus squalenti in veste sacerdos,
Aspera nudatis saxa premens pedibus,
Et miscet lacrymas alta et suspiria votis;.
Respondetque pio longa caterva patri.
At pontem simulac, urbem qui jungit et arcem,
Infertur tardis gressibus effigies,
Aliger e summo qui urbemque arcemque tuetur
Aethère, luce nova fulget, et altisona
Talia voce refert: Pastor, tua vota precesque
Excepit, lacrymas et miserata pias
Annuit excelsi Virgo de vertice olympi,
Fulmenque aeterna surripit illa manu.
Haec ubi dicta dedit, vagina condidit ensem,
Atque micans populi evanuit ex oculis.
Confestim nubes nebulaeque ex aehtere passim
Diffugiunt; radiis sol nitet aureolis.
Jucundi spirant zephyri, et crudele venenum
Disjiciunt, aër pectora purus alit.
Est finis lacrymis: redeunt in corpora vires,
Atque iterum cunctis ridet in ore salus.
Tum grates magno solvuntur numini, et almae
Divae, quae tantam sollicitavit opem.
Atque ut prodigii aeternum monumenta supersint,
Nec spes divini concidat auxilii;
Mucronem condens, alto ceu missus olympo,
Aeneus in summa Nuntius arce manet.

(1) Recitata in publica academia alludendi caussa supplicationi quae eidem B. M. Virgini in Exquiliis veneratae habita est quum indicus morbus urbem invasit anno MDCCCXXXVII.

(2) Gregorius Magnus Pont. Max.

(3) Haec Virginis Deiparae effigies traditur picta fuisse ab ipso S. Luca evangelista.



SEPULCRETUM IN CAMPO VERANO (1).



Non ego veranum lacrymis conspergere campum,
  Gens ubi Romulidum nunc tumulata jacet;
Nec turbare ausim sacrata silentia questu,
  Quem trahat ex imo pectore tristities:
Lilia sed plenis manibus spargamque hyacinthos,
  Totaque odoratis floribus halet humus.
Oh! etenim felix, quorum hic tegit ossa sepulcrum,
  Oh! felix aegro a corpore dissidium!
Quippe ardens pietas morientum lumina clausit,
  Atque animas sedem duxit ad aethercam.
Quod siqua exuperant veteris vestigia culpae,
  Hostia, vota, preces, cuncta piare valent.
Sed, quorum in caelis aeterna luce fruentur
  Felices animae, quis cinerem violet?
Corpora, quae tandem rediviva e funere surgent
  Sideream ad patriam, quis neget esse sacra?
Illos oceanus tumidis absorbeat undis, .
  Aut per sola notus litora disjiciat,
Vel canis aut corvus voret, et foedissimus inter
  Vipeream stirpem contegat ossa situs,
Qui sanctam tempsere fidem, verumque perosi
  Eumdem animae simul et corporis interitum
Delirant: summa et ducti in discrimina vitae
  Immemores pereunt Numinis atque sui.
Gregorius sed enim fidei morumque magister,
  Imperio princeps, vultu et amore parens,

Jussit; et extemplo Romae extra moenia, portam
Ad Tibartinam sacra domus patuit
Christiadis, quos relligio prius educat alma,
Postmodo in extremis firmat anhelitibus.
Huc prope Ciriacae quondam monumenta fuerunt,
Panderat et priscis terra beata sinum
Martyribus: templum hic Laurenti surgit ad auras:
Hic totus sacer est, cede profane, locus.
At sine jam, custos, me septa intrare, recentes
Ut lustrem tumulos, atque opus omne sciam.
Adspice. Quot volvente dies labuntur in anno,
Tot caveae substant tegmine marmoreo.
Adspice quot circum faustissima signa salutis
Testantur cineres hic habitare pios.
Albaque jam series lapidum superaddita muros
Aeternat sculptis nomina cara notis.
Hunc dulci puero moesti posuere parentes,
Qui, veluti abruptus turbine flos, cecidit:
Virtutem iste refert natis benefactaque patris,
Virtutemque ipsos et benefacta docet:
Ast illum relegens conjux restaurat amorem
Conjugis usque animo, et vincla secunda fugit.
Obtinet aeternam hic famam qui excelluit armis,
Relligione, bonis artibus, ingenio:
Quique sacerdotes caste sunt munere functi
Hic laudem vitae promeruere suae.
Extremum nitido spatium clausere sacello,
Fulget ubi paries araque imaginibus.
Quid? Majora video praeclari incepta decoris,
Et majestatis signa verenda novae?
Porticus en struitur celsis innixa columnis,
Quae decoret campum, protegat et tumulos;
Aedibus et variis distincta illustre sepulcrum
Praebeat eximiis nobilitate viris.

Tum genus hic unum tecto requiescet in uno;
Cum patre natus erit, cum proavoque nepos.
Quanta oh! phidiaci posthac monumenta laboris,
Quantus apellea splendidus arte color
Ornabunt arcus! O vos, queis Pallas amica est,
Iam properate manus ingeniumque operi.
Marmoreas urnas statuasque, et picta lapillo
Versicolore, oleo vel simulacra levi,
Effingenda dabunt vobis cum divite lucro
Romani proceres summus et ipse pater.
Hinc gladio Themis instructa illinc lancibus aequis,
Alma Fides velo fulgida candidulo;
Gaudia tuta ferens hilari Concordia vultu,
Protendens et Amor pauperi utrasque manus,
Virtutes memorent et fortia facta virorum:
Distinguant celebres clara trophaea domos.
Haecce quidem evenient. Sic majestate verendum,
Sic dignum studiis, maxima Roma, tuis
Funereum tibi erit claustrum. At quid funera dixi?
Cuncta diu hic vivent: gestiet ipsa cinis.

(1) Jam typis edita, proposito themate, anno MDCCCXXXIX in collectione, qua Arcades celebrarunt laudes Gregorii XVI P. O. M. Parrhasio nemore instaurato.

SUMMORUM PONTIFICUM SERIES

IN AUGUSTO TEMPLO DEPICTA

Quam bene, o sanctorum series clarissima patrum,
  Hic paries vestris fulget imaginibus!
Nam caeleste datur vobis recludere templum,
  Atque animas sedem ducere ad aetheream.
Oh! quot vos inter dulci pro nomine Iesu
  Vincula et immitem sustinuere necem!
Quot leges populis et provida jura tulerunt,
  Vel quae scripta animis indidit ipse Deus!
Incultas alii per litora inhospita gentes
  Crudeli e victu et moribus horrificis
Ad sanctam duxere Fidem sensusque benignos,
  Portentis actas flumine et eloquii.
Reginam ast alii praecelsis molibus urbem
  Tam late ornabant, ut monumenta novae
Exsuperent Romae prisci miracla Quirini,
  Miretnrque hospes numine digna magis.
Hic procul ausoniis turmas pellebat ab oris
  Barbaricas, nimium heu! queis placet Ausonia.
Illi post victos mira virtute labores
  Roma triumphali est obvia laetitia.
Vos igitur salvete patres, salvete potentes
  Auctores Fidei christiadumque duces.
Quae gens regali jam pridem sanguine creta
  Tot valet heroas promere magnanimos,
Sceptra quibus, nullo cessantia tempore, avorum
  Transmittat dextra, et collocet in solio?

Jam prope viginti complerunt saecula magnos
'Orbes dum sacrum permanet imperium:
Altero et extincto rectore haud deficit alter,
Et nullo posthac tempore deficiet,
Donec percurrant errantia sidera caelum,
Atque rotet tellus pendula cardinibus.
Aeterna haec arbos, ipsa radicibus altis
Christi fixa manu, tollit ad astra suos
Ingentes ramos, ullis haud viribus unquam
Frangendos, fructus et dabit usque novos.
Sed cum caelesti simul est humana potestas
Romano in terris tradita pontifici.
Quis porro subrepta armis et sparsa cruore
Jure parata bono dixerit imperia?
Quis gentes celebret crudeli marte subactas,
Et quos regnandi dira agitat rabies?
Pontifices sed enim laeta regione, Metaurus
Quam rigat et Rubicon flavaque Tibris aqua,
Exturbare ausit? Non hos vis martia campos,
Devotae at Petro sponte dedere manus.
Haec pax arva colit solers, pax candida et urbes
Servat, et assidue protegit ipse Deus.
Vos pudeat, queis sanguineos post bella triumphos
Vimque placet gladii dicere carminibus.
Ipse hanc pontificum seriem longo ordine pictam,
Et placidas leges et pia regna canam.



ROGATIONES

Majus adest, vario depingens rura colore,
  Et prima agricolis dulcia poma ferens.
Prata virent: passim erumpunt ex arbore flores;
  Et spes venturae messis ubique viget.
At nisi ab axe Deus crescentia prosperet arva;
  Una dies anni totum opus abripiet.
Ergo preces illi ingeminent ac fervida vota
  Supplex per ternos turba canora dies.
Sed qui dulcisonus jam fertur cantus ad aures,
  Vix suprema novo culmina sole micant?
Iam pergit tectis egressa et moenibus urbis
  Ad campos tardo magna caterva pede (1).
Praecedit Crux, christicolis insigne verendum,
  Strenua Crux tantis inclyta prodigiis.
Tum subeunt pueri candenti et veste puellae,
  Tum longo matres ordine, et inde viri.
Consequitur, moderatque choros ritumque sacerdos,
  Cui pietas fervet pectore et ore sedet.
Oh! quam dulce mihi voces audire precantum,
  Concordique preces addere voce meas!
Uni vota Deo primum trinoque feruntur,
  Qui terras summo temperat imperio.
Dehinc olli, quae Sponsa simul, quae maxima Virgo,
  Quae Genitrix cingit tempora sideribus.
Atque alii atque alii post exorantur, olympi
  Virtus perpertuas queis reseravit opes;

Ut nostra ingenti pervadant corda dolore
  In crimen, veniae dentque merere bonum.
Ut diros pellant morbos mortemque inopinam,
  Atque hostis fundant agmina tartarei.
Ut pontum alma Fides et litora inhospita tranet,
  Et pacis jungat foedere christicolas.
Ut pleno tellus maturas ubere fruges
  Gignat, et agricolis tempora dextra fluant.
Talia quisque rogat. Late circumsonat aër,
  Et vallis centum ludit imaginibus.
Tramite sed postquam certo processerit, illic
  Gens pia consistit, qua magis arva patent.
Quattuor hinc se se convertens praesul ad oras
  Victricis signum tollit utrinque crucis.
Illico diffugiunt volitantia monstra per auras,
  Quae cumulant nimbos lethiferasque lues.
Omnis ridet ager, zephyris spirantibus atrae
  Concedunt nubes, sol nitet auricomus.
Cuncta amplas segetes portendunt omina, dulcem
  Spem referunt Superis gens operata domum.

(1) In exiguis praesertim oppidis et pagis ita haberi solent *rogationes*, ut supplicantes ad statuta in agris loca per longum viae tractum procedant.



DE ARTE PANTOMIMICA

VETERUM ROMANORUM (1).

Oh! fortunati, facilem queis solvere linguam
  Natura et plano farier eloquio
Dextera concessit! Sensus quos mente volutant,
  Et motus intus pectora quotquot agunt,
Pandere sic aliis gaudent mortalibus. Inde
  Parta sibi pietas et sibi partus amor.
Ast hominem, in silvis mater quem nutriit altis
  Inculta atque ipsis aequiparanda feris,
Adspice: quippe sonos depromit guttore nullis
  Articulis junctos, et rude clamat inops.
Intima sed risu manifestat gaudia mentis,
  Et fletu ac rupto moestitiam gemitu.
Quin oculosque manusque movet, gestuque loquaci
  Quae officiunt renuit, quae placuere petit.
Haec natura docet. Quod si labor additur artis,
  Sermo hinc perfectus corporis efficitur (2).
Vidit Roma suis quondam exercere theatris
  Mimorum turbas voce silente choros.
Os, caput, intuitus, humerique manusque pedesque
  Omnia pingebant facta animique vices.
Nunc ostendebant trepidum formidine avarum,
  Ne nummos arca fur tacite abriperet.
Nunc juvenis simulacra dabant, qui propter amorem
  Abrumpit vitae stamina nigra suae.
Saepe virum spe magnifici qui inflatus honoris
  Aëra dein vacuum captat utraque manu.

Saepe senem longamque viam et nova tecta parantem,
Illi haeres properas dum parat exequias.
Caenas interdnm, Indos, certamina, fraudes
Praestabant gestn fingere multiloquo.
Haec bene habent. Tamen oh utinam spectacula nnsquam
Infanda, et turpes pestifera arte jocos
Objicerent plebi! Atqne utinam nostro iret ab aevo
Mornm pernicies mimica pulsa procul!
Oh! quanto melins cultus documenta recentis
Traduntnr pueris, queis inimica negat
Auditum eloquiumque simul natura! Fideli
Sic virtutem oculo sicque bibunt animo,
Nec non ingenuas ediscunt gestibns artes
Qui humani fuerant ludibrium generis.
Omnia quis ludi aspiciens miracula tanti
Laetitia exprompiis temperet a lacrymis?
Ite procul, mimi. Nobis hoc dulce theatrum,
Assarottus ubi grandia monstra tulit (3).

(1) Recitata in academica exercitatione de *priscae Romae spectaculis*.

(2) Cicero gestum definit „ *sermonem corporis* „

(3) P. Assarotti e Scholis Piis celeberrimus extitit surdorum mutorumqne institutor.



FONS AQUAE VIRGINIS



Quem virgo invenit, cepit qni e virgine nomen,
  Nomine vel trivii cuncta per ora sonat (1),
Dicite Pierides fontem: nam dulcior ipsis
  Hippocreneis hinc fluit humor aqnis.
Ausu romano tantae miracula molis
  Extulerunt Petri ex ordine pontifices;
Quam contra usque gradum sistit, fruiturque tuendo,
  Et stupet intentis advena luminibus.
Muscosos supra scopulos, quos dixeris ipsum
  Neptunum medio constituisse mari,
Oceanus rerum genitor se se erigit, alto
  Subjectos latices vertice despiciens:
Ingentesque aperit plantas, et brachia tendit,
  Ceu qui cuncta suo continet in gremio.
Hinc atque inde scatent dulces e rupibus undae,
  In concham resono prosiliuntque pede;
Quas modo pervolitat supra, celeri modo cursu
  Lapsa bibit recreans multa columba sitim (2).
Tritones sed enim spumosa per aequora patrem
  Jam jam tracturi frena minantur equis.
Tum divae ad latera assurgunt, quarum altera pellit
  Crudeles morbos, altera ditat agros (3).
Haud inventricis desunt monumenta puellae, et
  Agrippae magnum qui meditatur opus (4).
Desuper insculpto stant anni tempora saxo
  Efficta, et variis cognita imaginibus (5).
Horret hyems canos glacie concreta capillos,
  Ac trepida hirsuta corpora veste tegit.

Ver flores capiti innectit, manibusque refertis
Dat flores, multis floribus auget humum.
Tum spicas gestat messorum falce recisas
Aestas, cui sudor fronte genisque fluit.
Frugifer autumnus demum sua munera profert,
Mitia poma, uvis addita pampineis.
Haec sua tempestas siquidem fluvialibus omnis
Dona gerit nymphis, et sibi fausta rogat.
Quippe suos apto fundunt si tempore nymphae
E conchis latices, omnia rura beant.
Terrae namque sinum dum permeat humor aquarum,
Auras evolvit germina ad aethereas.
Sorbenti dein vi attractus, radicibus imis
Se se plantarum culmina ad alta vehit (6):
Atque abit in multas miro discrimine formas;
Fit color usque modis, fit sapor innumeris (7).
In virides lymphae frondes vertuntur et herbas,
Pinguia lanigero dantque alimenta gregi.
In violis pallet, candescit gutta ligustris,
Subrubet inque rosis inque papaveribus.
Componit varios et circum spirat odores,
Queis hortos replet, roscida prata, juga.
Mollior est baccho, cereri fit durior unda,
Dulcior in pomis pendet ab arboribus.
His laticum donis postquam romanus opimas
Collegit segetes, florea serta, merum;
Ad gelidos urbis fontes, tranquillus aquarum
Sub dulci somnos murmure prosequitur.

(1) Caput hujusce fontis, copiosissimi et intuentibus vere admirabilis, traditur a rustica virgine fuisse detectum, et quibusdam militibus aquam perquirentibus indicatum: quare *Fons aquae virginis* nuncupatur. Frequentius tamen a vulgo dicitur *Fontana di Trevi*, quod nomen corrupte a *Trivio* derivatum est: fons quippe est in trivio positus.

(2) Verno et aestivo tempore palumbes pene catervatim hunc fontem circumvolitant, ejusque aquas potant limpidissimas et refrigerantes.

(3) Altera ex hisce statuis *salubritatem* repraesentat, *foecunditatem* altera.

(4) Duo anaglypta (*basso-rilievi*) memorant hinc historiam virginis aquam detegentis, illinc praeclarum M. Agrippae facinus, qui suis sumptibus aquam in urbem per magnos aquaeductus invexit.

(5) Quatuor simulacra columnis superposita et lapide exsculpta quatuor anni tempestates objicere videntur.

(6) Humorum diffusio e plantarum radicibus ad universam compaginem explicatur a physicis per vim chimicae attractionis.

(7) Defendi potest, etiam philosophice, omnia corpora organica aquae particulis componi. Siquidem aqua per vegetationem vertitur in plantas; plantae vero nutricationis ope in corpoream animantium naturam abeunt.



CHRISTUS DOMINUS
A CRUCE DEPOSITUS

OPUS EGREGII SCULPTORIS EQUITIS JOSEPHI FABRIS



Quo me operis tanti rapis ausu, quod tua nuper
  Dextera et ingenium phidiaca arte potens
Effinxit, magne o sculptor? Fera culmina montis,
  Noster ubi occubuit raptus amore Deus,
Nunc equidem scando: quaeque hic visenda refertur
  Scena, ita mi veris lumina imaginibus
Captat, ut intuitu figar quin pectore toto,
  Nec se alio possit vertere mens animi.
Surgit adhuc medio crux vertice, quam pia circum
  Gens sacro unanimis fungitur officio.
Nam divum certat corpus deponere ab alto
  Stipite, materno ut collocet in gremio.
Quisque hoc explendo talem se in munere praebet
  (Gnavum adeo cunctis ingeniosus amor
Insinuat studium) quales id, corpore sumpto
  Humano atque habitu, grande ministerium
Caelestes agerent famuli, quos ipse supremus
  Agminibus genitor mittat ab aethereis.
Ecce pedes, clavo avulso, jam leniter ulnis
  Sustinet, intentis suspiciens oculis
Celsa Nicodemus trunci fastigia, donec
  Totum onus a duro stipite dissoluant.
At scalam ascendens jam bina refixit Ioseph
  Brachia; tum laevam tradidit exanimis

Partem discipulo, scala qui innixus et ipse
Diversa, tremulum languidulumque caput
Et niveos humeros complectitur atque lacertum;
Fitque levis magno tantus amore labor.
Ast Arimathaeus laevam, qua ferrea stringit
Instrumenta, crucis vertice constituit:
Inde, manum tendens aliam, dat ferre Ioanni
Dextrum suspensi brachium. At hic lateri
Dextram supponens apte, parat ecce sinistra
Dimidium sancti corporis excipere.
Sed mox e scalae gradibus descendet Ioseph,
Et quarta sociis parte levabit onus.
Quattuor ergo sibi pondus partirier almum
Discipuli gaudent. Nec leviore comas
Dixeris arboreas zephyros inflectere motu,
Quum medio lucos vere supervolitant;
Nec viola atque rosa fragrantia serta recente
Tam leni intexit cauta puella manu,
Aut plena unguenti defert alabastra sabaei,
Queis decus adjiciunt chrisolythi et pretium;
Quam blande attingit pia gens et fulcit Iesu
Et lente removet languida membra loco.
Utpote amor pietasque Fide succrescit; et illas
Esse sacras memorant Numinis exuvias.
Quas pallor quamvis umbret, languorque resolvat;
Non divina tamen destituit species:
Divina his nempe et superest natura; sub ima
Spiritus antra licet nunc Erebi advolitet.
Pulcra in tam pulcris membris mors ipsa videtur,
Insuetum objiciunt vulnera et ipsa decus.
Haud aliter sol, opposita si nube tegatur,
Irradians nubis culmina fulget adhuc.

Sed viri ab aërio corpus venerabile trunco
   Dum cura expediunt comiter omnigena,
Tres circum admiror quo sensu atque ore Mariae
   Steut, variis animos exhibeantque modis.
Hinc Cleophe, cui relligio cor occupat intus
   Innocnum, multo Numinis obsequio
Membra colit spectans prope, sed tetigisse veretur,
   Et praefert moesto in lumine tristitiam.
Magdalena isthinc, alto externata dolore,
   Non oculos andet tollere, et exanimem
Adspectare Deum. Sed clavos prona trabales
   Collectos dextra stringit, et illacrymans
Laeva sustentat vultum: per colla capilli
   Incompti exnndant late, humerosqne tegunt.
Imos corde trahit gemitus, et perdita luctu
   Crimina nunc iterum prisca iterumque dolet;
Seque iterasse dolet tot vulnera acerba magistro,
   Heu! sibi pro tantis debita flagitiis!
Scpteno at mater gladio jam pectus anhelum
   Transfixa, en turba constitit in media,
Et lapidi assidens palmas et lumina tollit,
   Discupiens toto pectore sollicita
Caras amplecti exuvias, atque oscula nato
   Figere, et ardenti membra fovere sinu,
Quae mortis rignere gelu: quin farier ipsi
   Multa vel extincto dulcia verba parat.
Oh! quanta hic, sculptor, caelesti in virgine et alma
   Matre, oh! quanta simul promere monstra vales!
Hic amor exeritur, quem centum aeqnare phalanges
   Aligerûm nequeant: hic dolor, adsimilis
Cui nunquam potis est mortalia findere corda,
   Atque animos tanta mergere amaritie.

Majestas tamen atque decus se tanta revelant,
  Quanta Deum est matri par tribnisse suae.
Strenna praesertim virtns snpereminet, ullis
  Nescia, ceu rupes, cedere turbinibns.
Sic luctu in medio victrix regina triumphat
  Frangens tartareae colla snperba ferae:
Qnae pedibns domita augnstis et perdita, nostrae
  Confectnm hic sentit grande salutis opus.
Praeclarnm hocce tuae, scnlptor, pietatis et artis
  Figmentum nomen tollet ad astra tuum.
Qnod multi quamquam artifices finxere periti,
  Ipse tamen forma perficis insolita.
Sed pario ut sculptnm niteat cito marmore faxis,
  Taurino et charites augeat Eridano.
Tnm, quae adeo pênitus pietate effervet, et artes
  Tutatur pnlcras, large opibusqne juvat (1),
Regalis Christina oculis animoque volente
  Grata opere ex tanto pabula percipiet:
Qneis longos det posse frui laetosque per annos
  Haec illi referens omina fausta dies.

(1) Hoc opus lunensi marmore sculpendum mandavit tam praeclaro artis professori augusta Maria Christina Borbonica, olim Sardiniae Regina, curante excellentissimo Comite Philiberto Avogadro de Colobiano, magno regiae domns magistro et conservatore, munificentissimo bonarum artium patrono. Porro anctor, dum carmina praecedentia typis imprimebantur, hanc recentissimam elegiam composuit, tum egregio scnlptori plandendi gratia, tum diei pientissimae Reginae onomastici celebrandi XXIV Julii ann. MDCCCXLV.



ODAE

VIRGO DEIPARA LIBERIO PONT. MAX.

MANDAT TEMPLUM SIBI DICANDUM
IN MONTE EXQUILINO (1).



Per noctis umbras omnia dum silent,
Et somnus artus occupat altior,
Regina caelestis sereno
Lapsa polo stetit ante magnum
    Patrem nitenti candida pallio,
Et cincta claris sideribus caput:
Mox dulce ridens intuensque
Vocibus alloquitur benignis.
    Me vota, solers me pietas movet,
Queis usque amorem prosequeris meum,
Et qua fide Petri administras
Imperium, sacra jura tutans.
    Vis ergo praesens jugiter annuam
Tibi et fideli christiadum gregi?
Vis latius regnare in orbe, ac
Ferre tuum super astra nomen?
    Sublime templum condere tu mihi
Sume. Universis hanc ego sedibus
Praeferre nunc semperque amabo,
Et superis cumulare donis.
    Aurora primos ut radios ferat,
Septem cacumen respice montium:
Insigne portentum docebit
Quo statuas mihi vertice aedem.

Tanto nec ausu deficient opes.
Gemmas cornscas atqne ebnr indicum,
Ingensqne promet pondns auri
Patritius monitu ipse nostro (2).
En ipsa campos lapsa per aetheris
Tam grandis adsum nuntia regiae.
Snm Virgo, supremi Tonantis
Snm Genitrix, hominnmqne custos.
Templi ego surgens culmine in arduo
Pellam irruentes strenua copias,
Morbosque et horrendas procellas,
Et stygii insidias tyranni.
Sic fata, miro lumine fulgurans
Ad magna caeli templa revretitur:
Illnm obstupescentem pioqne
Sollicitnm studio relinquit.
Qui plenus almo pectora numine
Iam mente volvit grande opns. Illico
Exnrgit, ingestosqne visa
Nix animo dnplicavit ignes (3).

(1) Recitata in academica exercitatione de *Monte Exquilino.*

(2) Patritius, romanus senator, liberis carens, ab ipsa Deipara item per visionem admonitus, suas divitias contulit ad hoc templum aedificandum.

(3) Quum aestivus calor maxime ferveret mense augusto, nix caelo mire delapsa eam montis Exquilini partem texit, ubi templum aedificandum erat.



PANTHEON VERO ET UNICO DEO DICATUM (1).



Mendax Deorum cultus et impius
Cedat. Nefas est oceani freta,
Terramque, et auras, atque olympi
Sidera numinibus replere.
Nec thure, castis nec precibus juvat
Placare divos auris et impotes
Et lucis. Heus! divûm profundas
Vana cohors repetat tenebras.
Uno feruntur numine et arbitro
Decreta. Sane plura ubinam queant
Immensa, ab omni nec creata
Tempore stare simul, supremo
Quae et cuncta nutu condere sint potis?
Miro orbis adspectabilis ordine
Monstrat, diesque et nox et annus
Unius hoc opus esse dextrae.
Secus tumultu desuper omnia,
Circum, deorsum concita cerneres
Ferri; nec ulla rata lege
Cuncta elementa modo cieri
Modo revelli: tum pareret feras
Arbor: columbas vulturius daret:
Solis flagrarent arva ab igne,
Obruta vel pelago natarent.
Ac te sophistae dicta batavici (2)
Fallant caveto, machina cui Deus
Haec universi; et nîl per ipsum
Artificem inter opusque cedit.

Ergo secari in membra putes Deum,
Morbosque dira et vulnera perpeti;
Humana quod gens et ferarum
Talia sustineant necesse?
Num continenti obnoxia limiti
Viqne et figurae tam variabili,
Distare nil dices perenni
Mente, loci haud spatio coacta?
Heus! heus! malorum nomina tot deûm
Delere templis praestat ab omnibus:
Molemque in orbem circumactam
Qui aethereos moderatur orbes
Praesens et aras numine repleat;
Nostrisque votis propitio annuat
Vultu, et repellat prisca in imas
Tot scelerum documenta sedes.
Haud fallor: en est cernere nunc mihi
Portenta, templique insolitum decus:
En tecta caeli ab axe missis
Undique nunc radiis nitescunt.
Delapsa olympo en aligerûm cohors
Fulgente penna circiter advolat,
Lustrali et unda ac thure casto
Tartareas maculas piando.
Modo heic Tonantis vera patet domus;
Modo est luendis ara piaculis;
Convexa vere nunc beati
Templa poli haec imitatur aedes.

(1) Ignosce, benigne lector, si hae in ode plures sententiae recurrunt jam alibi prolatae (pag. 19) Nonnihil diversi in ipsis sententiis, et metri discrimen me tua venia dignum spero factura.

(2) Benedictus Spinoza, Amstelodami natus, *pantheismi* propugnator fuit et doctor impudentissimus.

DE BASILICAE OSTIENSIS RESTAURATIONE



E vaticano Pontificis simul
Vox monte jussum protulit, excita
Est una mens terrarum ubique
Excidio revocare templum.
Cum rege certat subdita gens sacras
Tributum ad oras mittere Tibridis:
Exempla que praebet sacerdos
Prosequitur faber et colonus.
Virtus Leonis, rebus in arduis
Vires resumens, magnum opus incipit;
Nec cessat exinde inchoatis
Gesta Pius cumulare gestis (1).
At jure primos Gregorius tulit
Delubri honores (2). Nam, velut impiger
Dux milites qui omnes novare
Castra jubet populata bello,
Quotquot Minervae nomen in artibus
Clarum obtinent et nobile praemium,
Hos mente ad ingens liberali
Urget opus, studioque replet.
Nulla est mora: accita artificum manus
Hinc inde fervet mille laboribus:
Ut castores ripam frequentant
Fluminis, et sibi tecta condunt.
Duris recisum marmor ab alpibus
Ticinus atque hinc Eridanus pater
Ponto ferendum dat profundo,
Tum pelagus Tiberi resignat (3).

Trabes vehuntur, quas secat in jugis
Gens Romualdi (4) jam colere horridas
Intenta glebas, et vetustae
Pellere barbariae tenebras.
Vides ut altos undique finiunt
Muros, ruinae cedere nescios?
Ut magna pars fulgentiore
Marmore jam decoratur aedis?
Ut signa surgunt, ac tabulae nitent
Depictae, et auro fulgurat undique
Lacunar? En pars absoluta
Conspicuum dabit ipsa templum.
In parte crescit sed labor altera, et
Centum columnae, ut piniferum nemus,
Sublime tollunt eleganti
Fronde caput niveaque cinctum.
Sed et vetusta prominet e solo
Moles renascens altior, ut minus
Sit Tibris audax, cum sinistro
Litore aquis tumidus redundat (5).
Quid? Ipse munus regificum Tibi
Dux, ante saevus christicolis, favens
Nunc (6), mittit ingentes Canopi
Ex onyce, o Pater alme, moles.
Sic queis potita est romula gens fero
Quondam ense, amoris Tu modo foedere
Nili obtines miracla, magno
Et statuis monumenta Paulo.
Proh! salve, o Princeps optime! Scilicet
Tu verus auctor tanti operis! Loco
Heic inter omnes emicante
Jure tuum posuere nomen (7).

(1) Ad s. Pauli Basilicam instaurandam, quae paullo ante Pii VII. Pont. Max. obitum incendio vastata fuerat, Leo XII. iam

firmus animo quam valetudine infirmus, sedulas et providas curas intendit; quod deinceps opus, pro brevi sui pontificatus tempore, prosecutus est Pius VIII.

(2) Instauratio Basilicae, ob operis difficultatem et amplitudinem, vix inchoata dici poterat quum Gregorius XVI. ad s. Petri Sedem evectus fuit. Atque hic Pontifex Maximus, nullis parcens curis, effecit ut templum jam magna ex parte refectum, et affabre exornatum, et sacris faciendis aptum omnes admirentur.

(3) Marmora (*graniti*), quorum hic translatio describitur, pleraque excisa fuerunt in alpium jugo, quod *Sempione* vulgo nuncupatur; nonnulla tamen ab Ilvae insula deducta sunt.

(4) Camaldulenses tum in monte *Corona* tum prope Florentiam solitarii.

(5) Ad Tiberis saepe exundantis aquas prohibendas novum pavimentum prisco altius confectum est.

(6) Prorex Aegypti *Mehemed Alì.*

(7) In lacunari fulgent aurata insignia Summorum Pontificum Pii VII. Leonis XII. Pii VIII, et Gregorii XVI; cujus postremi stemma, utpote praecipui novae Basilicae auctoris, magnitudine et positione principem locum tenet.



FONTINALIA (1).

Adsunt tempora fontium
Nunc festa: horridulos specus
Laeto Naïades pede
Vos liquisse juvabit (2).
Jam dona accumulant supra
Aras et simulacra, quae
Vestras aediculas prope
Udo in margine surgunt.
Croci spirat ad aethera
Et fragrantis amaraci
Odor: litora floribus
Coronatur aquarum.
Imis e latebris caput
Tollite hac hilari die,
Vestra et tempora floreis
Impedite corollis.
Aquis injicitur merum
Plenis egrediens cadis;
Tritonesque suavia
Bibunt munera Bacchi.
Et vobis cadit haedulus,
Cui vix cornua prodeunt
E fronte; undaque labitur
Rubro tincta cruore.
Vestra linquite, Najades,
Antra, et pectore rorido
Surgentes labra doliis
Admovete Falerni.

Peplis corpora candidis
Indutae pede virgines
Prompto cum pueris amant
Frequentare choreas.
Acres carmina tibiae
Cum blandis citharae modis
Jungunt: laetitia viae
Strepunt undique et aedes.
Imis cedite sedibus,
Pleno et, Naïades, choro
Nantes summa per aequora
Laetis plaudite palmis:
Seu vos Egeriae sacros
Iuturnae aut colitis lacus,
Capenae aut prope limina,
Vel fluenta Dianae (3).
Quippe tempora fontium
Adsunt festa: reconditos
Nunc vos, Naïades, specus,
Nunc liquisse juvabit.

(1) Recitata in academica exercitatione de ***Romanis Fontibus.***

(2) Inter festa a priscis romanis celebrata et ***fontinalia*** habebantur, quorum hac in ode praecipuae caeremoniae recensentur.

(3) Haec sunt nomina quorumdam ex antiquis fontibus vel in urbe ipsa vel prope urbem scatentibus.



IN FAUSTUM NATALEM DIEM UMBERTI RANERII PRINCIPIS SUBALPINORUM

MENSE MARTIO ANN. MDCCCXLIV.



Audis ut alpes undique personant
Cantu, et resultant plausibus excitae?
Ut fama apertis acta pennis
Italiae super omne litus
    Iucunda profert gentibus omina?
Heus, Musa, paullum Tibridis immemor
Regalis ad cunas puelli
Advola, et Eridanus canentem
    Te denuo nunc patrius audiat.
Postquam Hymen io! dicere jam datum est (1),
Natale nunc tentare carmen
Fas tibi, vel metuente plectro.
    Hoc in Sabaudam progeniem fides
Mi corde primis indita ab unguibus,
Hoc suadet Alberti recordans
Gratus amor benefacta regis.
    Sed quo, remensis Ausoniae plagis,
Ferventis aurae quo feror impetu?
Urbs ecce Taurina, usque gente
Aucta nova domibusque pulcris (2).
    Clara en meorum regia Principum:
Mi nemo formosi penetralia
Infantis ausit nunc vetare,
Intuitu fruar ut beato.

Salve, o Sabaudae spes et amor Domus!
Sic jure gemmas inter et aureos
Pannos jacentem te Subalpini
Incolae, et Allobroges salutant,

Jani et nepotes, Sardinia et ferax;
Et vota fundunt pectore fervida,
Te Numen ut servet potenti
Dextra. Iterat lyra nostra, salve.

Ob quanta vultu jam exeritur tuo
Lux fausta! Ocellis, ore, genis refers,
Et fronte, Avi tanti ac Parentis
Magnam animam ingeniumque felix.

An Philiberto Te similem Deus
Dat, gnate, nobis? Eugenio an magis?
Num Carolus per Te renatus
Emmanuel? Pietate claros

Quotquot receptos sedibus arduis
Caeli tuum ostentat genus, et super
Aras precatur plebs fidelis (3),
Moribus anne tuis reportas?

Videre saevos jam videor duces
Tua repulsos et domitos manu,
Quales ad oras Gaditanas
Fortis Avi cecidere dextra.

Mavortis artem auctabit honoribus
Ars pacis alma et relligio Tibi:
Illustre ceu sidus, nepoti
Ecce vias Avus ipse monstrat.

Per Te Sabaudûm genus magis ac magis
Immota stabit (sic placitum Deo)
Cunctis ut immotus procellis
Alpium apex ferit astra, nimbos

Temnens, et ictus fulminis, et feros
Ventos, nivesque alte insuper additas:
Et alpium vallo ipsa in aevum
Firmior Italiam tuetur.

Ego haec Puello carmina protuli:
Tum mixta fundens lilia amaraco
Per alta caeli, deferente
Phoebo, iterum vehor, et receptat

Me ripa sacri Tibris. Imaginem
Hic saepe magni respiciens Avi,
Patrisque et optati Nepotis,
Saepe modos recino auspicatos.

(1) Vide pag. 28.

(2) Augusta Taurinorum mire augetur in dies aedificiis et incolis.

(3) Regalis Domus Sabaudiae plures protulit religioni heroes, quorum cultum s. Apostolica Sedes probavit.



VERSUS
HENDECASYLLABI

QUUM B. MARIAE VIRGINIS
LAUDES AB ACADEMIA TIBERINA CANERENTUR
DIE EJUSDEM PURIFICATIONIS FESTO.

COLUMBAE

Omnes inter aves mihi columbae
Placent. Nam gemitu frequentiori
Mi moerorem animo excitant suavem.
Mi blandis oculos beant ocellis,
Alarum nive, subrubente rostro,
Collo et saepius hinc et hinc retorto,
Quod septem iridis objicit colores.
Mi mentem recreant imagine ipsa
Fervidi ingenui boniquе amoris,
Qui nostro procul evolavit aevo.
Sed mage inter aves amo magisque
Columbas, manibus Puella postquam
In suis habuit, puellularum
Et matrum decus, obtulitque ad aram.
Oh! quantum nitidis dein columbis
Pulcritudinis et nitoris auctum est!
Quanto oh! jure feruntur esse amoris
Fervidi, ingenui boniquе imago!
Quare, deliciae meae, usque vobis
Quod usquam volucrum est in orbe cedat;
Nec quisquam laqueo igneove telo
Aut visco horrificam necem minetur.
Sed vos quisque sinat per alta caeli
Vagari aequora libero volatu.
Nam caeleste aliquid Maria vobis
Caelesti excipiens manu reliquit.

DE B. MARIAE VIRGINIS NATALI DIE

AB ACADEMIA TIBERINA CELEBRATO



Gaudete, aligerûm novem phalanges,
Et quantum est patriae beatioris;
Vosque, o terrigenae diu gementes,
Moestis tergite lacrymis ocellos.
En nata est Joachim puella et Annae,
Longo tempore quam cupivit omnis
Terrenae incola sedis et supernae,
Votisque approperavit usque et usque.
Ipsa nam pariet Deum, recludet
Qui caeli ostia, qui potentiore
Disrumpet stygias manu catenas,
Et certum populis feret levamen.
Nata est pulcrior omnibus puellis
Omniumque decus puellularum.
Huic suis radiis comas inaurat
Sol, cum luce micat nitentiore.
Tales sunt oculi, columba quales
Volvit caeruleos modo huc modo illuc.
Huic rosae Jerici nutritae in hortis
Et pansa irriguo ligustra prato
Floruere genas super tenellas.
Argentum superant eburque dentes,
Vincunt purpureas et ipsa gemmas
Labella, ambrosio fragrantque odore.
Est pulcherrima tota, neve in illa
Fas levem maculam invenire cuiquam est.

Vos ergo, aligerûm novem phalanges,
Plaudite, et nitidis volate pennis
Huc, ubi ad vigilem Puella matrem
Tendit candidulas manus: eam vos
Oblectate lyrae sono et choreis.
Sed tu, o tartareae domus tyranne,
Perfide o coluber, tremore captus
Tartari heus! fuge in ultimas latebras:
Nam tibi exitium parat Puella.
At quamvis vel in ultimas latebras
Irrepens latitaveris sub umbris,
Et flammas oculis vomasque ab ore,
Dirae et tela vibres trisulca linguae;
Proh! nusquam effugies, tibi Puella
Quin caput pede conterat superbum,
Et nova insidias rependat ultrix,
Queis priscam tua fraus fefellit Hevam.



DE MENSE MAJO DEIPARAE VIRGINI SACRO

ET ROMAE PASSIM CELEBRATO.

Quam bene ac proprie, o patrona Virgo,
Hunc decet Tibi dedicare mensem!
Nam tui referens amoris ignes
Comas nunc rosa purpurata pandit,
Et forma genus omne flosculorum
Vincens ambrosioque odore, cunctis
Te sponsis memorat venustiorem.
Septis lilia nunc rigata in hortis,
Pallenti et violae colore pictae,

Monstrant, illa tuam absque sorde vitam,
Haecce os languidulum et sinum dolentem.
Floret nunc amaranthus, et perenni
Signat fronde tuum perenne regnum.
Mi sine, o Domina, ut tibi corollam
Ponam floribus hisce conjugatam:
Meisque adnue, deprecor, benigna
Votis, pectore quae fluunt ab imo.
Ut mense hoc Boream et nigras procellas
Pellentes zephyri polum serenant;
Sic tu, Diva potens, repelle nimbos,
Qui res christiadum atque regna turbant.
Et sicut melius nitent ab axe
Mense hoc sidera fausta navigauti;
Tu nostram haud secius rege heus! per aequor
Vitae naviculam, inter universas
Tu clarissima stella, honos olympi,
Et dux christiadum, o patrona Virgo.



DE S. PETRI APOSTOLI LACRYMIS

QUUM COETUS ARCADIAE PRINCIPUM APOSTOLORUM LAUDES CANERET.

Faustae o lacrymulae Petri dolentis,
Vestrum quid pretium decusve adaequet?
Quamquam amaritiem hauriatis altam
Immensi e barathro doloris imo;
Haud tamen licet invenire quidquam,
Unde plus scateat suavitatis.
Vobis candidulo nitore gemmae,
Quas aurora maris nutrit sub undis

Ceduut, et placida caducus aura
Ros uoctu super hortulum virentem,
Qui sub sole uovo micat tremitque,
Et flores alit herbulasque molles.
Ceduut indica ab arbore effluentes
Guttulae ambrosia fragrantiores,
Seu quid dulcius est fragrautiusve.
Ipse et pectore gestiente obortus
Fletus, quo genitrix per ora fervet
Cum uatum recipit diu excupitum,
Et siuu fovet osculisque, cedit.

Nam vos, lacrymulae Petri dolentis,
Culpam discipuli iu bouum magistrum
Deletis peuitus, levemque culpae
Vel umbram: illius et fidem uitente
Gemma vos facitis uitentiorem
Et rore aethereo feraciorem.
Vos uovum igniculis cietis ignem
Immeusum pietatis atque amoris;
Et bona hiuc paritis deinde verba,
Melle et nectare dulciora, carum
Inter discipulum et bonum magistrum.

Sed quid plura loquor, mage ut patescat
Munus, lacrymulae, decusque vestrum?
Per vos Relligio suum celebrat
In terris caput auspicemque Petrum,
Et Roma eximium colit patronum.

DIE FESTO PRINCIPUM APOSTOLORUM AB ARCADIA CELEBRATO

IN VENTOS

Cur vos horriduli moventis aequor
Venti, dum Petrus ad suum magistrum
Summas approperat levis per undas?
Ille nonne vocat, regit potenti
Qui nutu oceanum, et fugat procellas?
Quique montium in ultimas cavernas
Trudens carcere vos tenebricoso
Potest millibus impedire vinclis?
Disciplum heus! sinite ad suum magistrum
Venire incolumen: silete venti.

Sed magis fremere et proterviores
Perstant horrisonos ciere fluctus;
Nec non ista referre murmurantes
Videntur mihi: Cui maris potestas
Et caeli est, jubet ipse nos procellam
Miscere, ut magis et magis vigescat
Petri in ancipiti fides periclo.
Quin nostrum est ruere usque et usque in omnes
Queis sit navigium Petri regendum;
Ne tutam nimium sibique blandam
Virtutem sopor occupet dolosus,
Sed fidem magis excitent pericla.
Ast nunquam dabitur ratem vel ipsum
Imis perdere navitam sub undis.

Ergo vos agite, incitate fluctus,
Venti, dum Petrus ad suum magistrum
Summas approperat levis per undas.
Sic amabilior fide atque amore
Erit discipulus suo magistro.

DE OPERE MUSIVO BASILICAE OSTIENSIS

ABSIDEM EXORNANTE (1).

Cur hic versicoloribus lapillis
Inter discipulos nitet magister (2)?
Ramos cur patulos super catervam
Protendunt virides utrinque palmae?
Suos discipulos jubet magister
Gentes innumeras fidem docere,
Ipse quam tulit e sinu parentis:
Et mentes radiis micantioris
Doctrinae et pietatis igne replet,
Novo et robore pectora auget, usquam
Ullis cedere nescio periclis.
Palmae sed patulos utrinque ramos
Protendunt, meritis ut inde frontem
Exornentque manum, simul phalanges
Frangant tartareas, et ipse Iesus
Invictis superos paret triumphos.



GREGORIO XVI. PONT. OPT. MAX.

COLLEGIUM NAZARENUM ALBANI RUSTCANS
INVISERE DIGNANTE.

Gaude, o villula pluries beata
Almo Gregorii favente vultu:
Quamvis parvula sis, tamen volabis
Per laudes hominum, quod aucta tanti

(1) Recitati in exercitatione academica de *Basilica Ostiensis*.

(2) Hoc musivum opus, veteris templi incendio elapsum, praesefert divinum Servatorem cum suis Apostolis, quorum figuris virentes palmae interponuntur.

Pastoris fueris benignitate.
Pro te nos humiles decet tot illi
Grates solvere, quot lacus revolvit
Undas, gramina quot virent in agris,
Quot albanae acinos tulere vites.
Te princeps utinam bonus revisat
Centies, viridi fruens salute!
Tu sublimis ad astra sic fereris:
Ille justitia, fide, artibusque
Sic reddet populos diu beatos.



AD EUMDEM SUMMUM PONTIFICEM ALBANI RUSTICANTEM

DE VIIS IN LATIO IPSIUS JUSSU APERTIS VEL EXPLANATIS.

Quod multo aërii struuntur arcu
Pontes (1), quodque viae patent recentes
Passim per Latium, aut vetustiores
Aequant difficile arduumque dorsum,
Gratantur populi sibi Tibique,
Princeps optime, largo adaucta censu
Sic commercia, queis opes parantur,
Vitae et commoda dulciora, et artes.
Mage at pectore gestiunt ab imo,
Quod sic undique ab oppidis et agris
Certatim propero pede affluentes
Omnes Te melius queant adire,
Tuoque intuitu frui paterno,
Princeps optime, qui tot es benignus
Auctor et columen decusque rerum.

(1) Hic praesertim innuimus magnifico ponti extructo prope Cynthianum itineris explanandi caussa inter hanc ipsam urbem et albanam.

AD EUMDEM SUMMUM PONTIFICEM ITEM ALBANI RUSTICANTEM

ET

LATII OPPIDA HUMANITER INVISENTEM

Dum Tu per populos iter latinos
Carpis, optime Pontifex, beatos
Ut tui facias benignitate
Vultus atque animi, crucisque signo,
Et piis opibus leves misellos;
Quis non omina faûsta promat imo
Tibi pectore, gestietque tantum
Semper incolumem videre Patrem?
Tuam nempe viam levis secundet
Aspirans zephyrus, nec atra nubes
Minetur pluviam, sed usque Phoebus
Fulgeat radio micans tepenti.
Non coenum occupet aut molesta pulvis,
Verum candidulis Tibi ligustris
Floreant, violis rosisque calles.
Gentes innumerae undique affluentes
Te plausu unanimi Patrem salutent;
Diuque incolumem precentur omnes:
Saepe ut, optime Pontifex, beatum
Tu reddas Latium benignitate
Vultus atque animi, crucisque signo,
Et Patris pietas levet misellos.

AD EMINENTISSIMUM AC REVERENDISSIMUM VIRUM

JOANNEM SOLIAM

INTER PATRES S. R. E. CARDINALES

A GREGORIO XVI. PONT. O. M.

ADLECTUM

Iactent irrigui vireta agelli
Rosas purpureas, vel ipsa guttis
Fraga sanguineis rubentiora.
Iactent oceani sinus latentem
Muricem, rutilo cruore lanas
Aptum tingere sericosque amictus.
Ostentet roseas comas olympus
Aurorae, nitidum diem ferentis.
Sed Te, promerito micantem in ostro,
Quod Tibi ipse sua induit supremus
Dextera Pater, usque praedicabunt
Orae Flaminiae, Auximique colles (1).
Nam licet tua tam modesta virtus,
Ceu concha oceano latens in imo,
Declinare oculos velit tuentum:
Tamen nectareo rosas odore
Vincitque ambrosio sapore fraga;
Auroramque imitata luce dia
Mentes exhilarat, viamque monstrat
Qua datur superas adire sedes.

(1) Eminentissimus vir, in Flaminia natus, Auximi est Cingulique Episcopus.

OBELISCUS CONTRA PANTHEON IN PLATEA ERECTUS (1).

Etsi pyramides tot altiores
Me vincant, feriam nec astra fronte (2):
Haud spernenda tamen tibi, viator,
Sum, ceu nuda forem silex, terenda
Caprinis pedibus, lutoque digna.
Plures quippe mihi celebritatis
Causae adsunt, videar licet pusilla.
Nam sculptas refero notas, vetusta
Quas finxere manu Isidis ministri (3):
Et verax doceo Phari et Canopi
Leges, bella, duces, sacrosque ritus;
Dum arcanae retegas secreta linguae.
Scriptum marmore me decorat albo
Nomen pontificis boni ac benigni,
Qui me actam in tenebras et obsoletam
E situ extulit (4), ac dedit rotundum
Delubrum et plateam videre opimam (5),
Desuperque crucem et locavit astrum (6).
Nec satis. Pede nam meo fluentes
Rivuli gelidique limpidique (7)

(1) Recitati in academico conventu, quo Pantheon laudabatur.

(2) Hic obeliscus magnitudine tot aliis cedit, qui urbem decorant.

(3) Hieroglyphicis, ut alii plures, inscriptus cernitur.

(4) Olim Isidis templum exornabat. Deinceps humi stratus et diu neglectus jacuit, donec in eruendis Minervae coenobii fundamentis retectus fuit, et jussu Pauli V. in plateam S. Macuti translatus. Demum regnante Clemente XII. in loco, quem nunc occupat, erectus est.

(5) Hoc in foro copiosae merces veneunt, praesertim cibaria.

(6) In ejus vertice aenea crux et astrum consurgunt.

(7) In inferiori parte scatet fons limpidissimus.

Scateut, queis populi levatur aestus
Hoc circum undique per forum frequentis.
Ergo speruere ne velis, viator,
Me, ceu nuda forem silex, terenda
Caprinis pedibus, lutoque digna:
Etsi pyramides tot altiores
Me vincant, feriam nec astra fronte.
Quod si in aërias daretur alte
Caput ferre plagas, super domorum
Tecta; forte viderer eminenti
Huic contendere gloriosa templo:
Et tunc saeva mihi forent timenda
Fata, queis superi premunt superbos.



QUUM PRIMUM ARCADIAE COETUS CONGREGARETUR POST INDICAM LUEM.

Atra dum stygio lues veneno
Auras inficiebat, atque diras
Miscebat Tiberis per arva caedes,
Sedem Pierides et ipse Phoebus
Fugere horribilem atque pestilentem.
Deserta Arcadiae vireta cunctis
Colonis decus omne dereliquit.
Dulces continuit sonos avena,
Et carmen siluit. Comas solutae,
Mittentes gemitus et ejulatus
Se ultimo occuluere nimphae in antro.
Pastorum chorus hinc et hinc trementes
Diffugere: novas casas novosque
Hic quaerebat agros; at ille ovili
Conclusus latuit diu atque pavit.

Cito albana ego rura tunc petivi,
Ut me me utque meos tuerer agnos.
At nunc horribilis, favente caelo,
Labes ad stygii lacus tenebras,
Unde atrum tulerat pedem, redivit.
Aurae et flumina, flosculi, et virentes
Herbae nunc facie nitent salubri.
Ergo nunc Tiberis redite ad oras,
Dulces Pierides et ipse Apollo.
Ad notum stabulum et nemus redite,
O gens Arcadiae, et lyra vel aurea
Heroas cithara, aut levi cicuta
Cantate otia ruris atque amores.
Grates solvere sed prius decebit
Deo et Parthenidi bonae, tot inter
Qui nos funera acerba sospitarunt.
Quin et corde preces utrique ab imo
Decet fundere, ne sinant furentem
Se morbum superas referre ad auras.
Sed vota irrita ne cadant, vetusta
Proh! nostras decoret casas et agros
Pastorum ingenua et pudica virtus!



HIRUNDO AB AFRICA REDIENS.

Quid novi mihi fers, amica hirundo,
Quae nuper libycis migrasti ab oris?
Vidi aegyptiacas in arma gentes (1)
Excitas, duce praeeunte magno,

(1) Auctor hos versus composuit, et recitavit in coetu academico, quum bellum impendere videbatur inter proregem Aegypti et magnum Turcarum dominum.

Qui parat veteris jugum tyranni
Cervice excutere, et minatur exhinc
Solus frugifero imperare Nilo,
Quin et bosphorium tenere litus.
Heu! si aperta ruunt utrinque in arma,
Heu! quam terribilis manet procella
Africamque Asiamque totiusque
Europae populos mari atque terra!
Omnes quippe trahentur hinc et illinc
Diversa in studia et pericla gentes.

Sed parte ex alia bonae ac beatae
Adsum nuntia sortis. Urbe in illa
Qua rex Franciadum expulit latrones,
Vidi pontificem infula decorum (2)
Inter innumeros ubique plausus
Exceptum et nova templa consecrantem,
Et motas pietate singulari
Illum barbaricas sequi catervas;
Surgentesque cruces et alma vidi
Caelitum simulacra, ubi tot annos
Lunae cornua praetulere turcae (3).
Hinc rudes animi ferique mores
Jam mitescere, jam vigere culti
Agri deliciis, viasque tutas
Mercatura sequi, et patere late.
Oh! quantum id quoque nos juvat volucres,
Quae immensi spatium aequoris quotannis
Tranamus, propria vehente penna.
Namque saepius obviae per undas
Rates hospitium et levamen alis

(2) Iam amplissimus Iuliae Caesareae (*Algeri*) episcopus ad suam sedem appulerat.

(3) Nemo ignorat *lunam dimidiam* esse turcarum insigne.

Fessis suppeditant super rudentes
Antenuasque. Quid? Illa gens rapinas
Et cedes inhians cito misellis
Nobis horrificam necem inferebat.
Nunc per propitium venimus aequor,
Et vestras petimus libenter oras.
Dixit; et patulis volavit alis
Fenestra egrediens, ut huc et illuc
Plumas molliculas tenaxque coenum
Et lanam paleasque quaeritaret,
Natisque adstrueret domum futuris.



DE SALUBRITATE ROMANORUM FONTIUM (1)

O fontes gelidique limpidique,
Laudabunt alii citos aquarum
Jactus exilientium, quibus vos
Per altum aethera luditis; vel amplas
Conchas et simulacra in aere sculpta aut
Saxo, phidiacae manus labores,
Queis vobis decus additur venustum.
Sed me saepe meis ad astra ferre
Vestram carminibus salubritatem
Iuvat, limpiduli bonique fontes,
Sive quem reperit puella quondam,
Vel queis Lancisius potens medendo,
Vel gryllus, vel apes dedere nomen (2).

(1) Recitati fuerunt in academica exercitatione de *Romanis Fontibus*.

(2) Omnium fontium romanorum aquae potabiles sunt et bonae nedum innocuae. Sed inter omnes excellunt mirum in modum fons amplissimus *aquae virginis*, qui per magnam urbis partem derivatur; nec non fonticuli qui *apium* et *grylli* nuncupantur, et fons *lancisianus*, ille nempe quem invenit et reclusit insignis medicus Lancisius.

Vobis Blandusiae nitore lymphae,
Sensu frigidulo ac suavitate
Cedunt, et latices sacri poetis
Quibus Thessala erant rigata Tempe (3).
Sed qui vos celebrem, salubriores
O fontes acidive sulphurisve
Pleni ad Flaminiam viam scatentes,
Velabrum aut ubi Jani adornat arcus;
Aut quas cernit ab Appia viator,
Et sanctae merito vocantur undae (4)?
Per vos corporibus repulsa ab aegris
Morborum gravis effugit caterva,
Et salus redit ac vetusta virtus.
Quid mirum ergo quod undique affluentes
Quirites laticum specus frequentent
Vestrorum, hic properans pedes, sed ille
Pulcro vectus equo aut volante curru,
Et certent cyathos bibisse plures?
Quare vos procul hinc valete, abite,
Quotquot innumeris Galeni in urnis
Profert pharmaca venditor togatus.
Pulmones, stomachum, jecur, lienem
Mi satis recreant satisque purgant
Hi fontes gelidique limpidique,
Quorum praesidio, ac Deo favente,
Annos vivere Nestoris studebo.

(3) Neminem latet fontem Blandusiae fuisse ab Horatio Flacco elegantissimis versibus celebratum; et a pluribus poetis tum graecis tum latinis ad astra elata ob amoenitatem fuisse illa Thessala Tempe, per quae fluit amnis Penejus, praecipua tot deliciarum caussa.

(4) Aqua acidula (*acetosa*) prope viam Flaminiam variis morbis pellendis maxime prodest; et ad eam romani se se frequentes conferunt, aestivo praesertim tempore. Pene idem usuvenit de aqua vulgo *sancta* viae Appiae proxima. Aqua vero S. Georgii in Velabro ad arcum Iani nihil vel parum videtur continere medicae substantiae: interim tamen saluberrima est, et magnus ad eam quoque fit concursus.

AD CL. VIRUM FELICIANUM AB. SCARPELLINIUM VITA FUNCTUM.

Salve, o romuleae decus sophiae,
Qui, celsa Capitoli ab arce late
Spectans sidera, machinas in altum
Tendebas, tua quas manus paravit (1):
Nec non discipulos amantiores
Docebas opera, Artifex Supremus
Quae sex e nihilo tulit diebus (2).
Interdum et sonitus lyrae suaves (3)
Miscebas studio severiori.
Proh! salve, ac tibi gratulare summum
Doctrinae modo Te attigisse fontem
Caelesti in pelago scientiarum.
Haud lentes adhibere nunc necesse est
Tibi vel specula, ut globos vagantes
Aut fixos retegas, eosque signes:
Sed nudis oculis tueris omnes,
Omnes dinumeras, venustiorem
Formam percipis ordinemque mirum,
Ac molem digitis rotundam et amplam
Metiris facile. Auribus beatis
Interim melos excipis supernum,
Quod pangunt vario tot astra motu.
Sed, quod laetius est beatiusque,

(1) Ab. Scarpellinius praeterquamquod astronomiae ex Capitolio operam dabat, plures insuper machinas physicas et astronomicas propria manu affabre texuerat.

(2) *Physicam sacram* tradens in liceo magno morabatur praecipue in explicanda mundi creatione a s. Genesi enarrata.

(3) Musica delectabatur, et non mediocriter valebat.

Ipso nunc frueris per omne tempus
Stellarum artifice; et vigente flamma
Amas perpetui integrique amoris
Quem toto ex animo diu studebas (4).



IN CAESAREM MONTALTIUM LATINAE POËSIS SCRIPTOREM ELEGANTISSIMUM

VITA FUNCTUM XVI. KAL. AUG. MDCCCXL.

Qui musas Latii venustiores,
Potensque eloquium simul lepore
Majestate simul negat colendum,
Orci et mittere ad horridas tenebras
Vult, ceu quidquid obit diem supremum,
Moltalti legat elegantiora
Scripta, et noverit, hercule, inde totam
Respirare animam latinitatis;
Id ut sentiat, ipse mortuus jam est.



AD EQUITEM ALOISIUM CANINAM

ARCHITECTUM ET ARCHEOLOGUM PRAECLARISSIMUM

DE TUSCULO

Tusculum veteri situ retectum
Per te sic fruitur recentiore
Vita, o vir sapiens, deinde nullum
Ut, hercle, excidium timere possit.
Nam, longi pretium tui laboris,

(4) Vir illustris, non tam doctrina quam religione praeditu sobiit II. Kal. Dec. Anni MDCCCXL.

Scripta (1), queis monumenta singulatim
Illustras, adeo stylo nitescunt,
Doctrinaque adeo scatent profunda,
Ut plusquam lapides et aera, vincant
Saeclorum assiduam vorationem.



IN FUNERE ILLUSTRIS POËTRIAE THERESIAE BANDETTINIAE INTER ARCADES

AMARYLLIDIS HETRUSCAE (2).

Vates, nunc lacrymis rigate vultum;
Flete, Pierides, comas solutae;
Quidquid est Heliconis atque Pindi
Ingemat; gemitus remittat echo.
Nimirum occidit heu! secunda Sappho,
Quam fas et decimam vocare musam.
Nec mortis potuit repellere ictum
Dulce barbiton, aut vigens corona
Qua crines Amaryllidis virebant,
Sancta nec pietas, decus neque oris.
Heu! non amplius illa stans in uno
Effundet pede carmen, ipse Phoebus
Auri quod tacite usque suggerebat (3).
Ergo, Pierides, Apollo, et omnes
Vates, nunc lacrymis rigate vultum.

(1) Doctissimus vir et studio indefessus praeter scripta *de Tusculo*, alia quamplurima elucubravit, inter quae principem locum tenent opus vere herculeum de *Veteri Architectura*, et aliud de *Foro Romano*.

(2) Recitati in conventu arcadico.

(3) Peritissima fuit carminibus ex tempore fundendis.

At desiderium tamen levabunt
Tam cari capitis, sacrumque nomen
Plus uno efficient perenne saeclo
Multo carmina quae referta succo
Descripsit mulier manu virili;
Quae monstrant animum et manum virilem
Quantum nescio qui leves poëtae
Solent foemineis vacare nugis.



NAUMACHIA (1).

Dum lacus celeri volant per aequor
Naves remigio, venustiores
Najades caput efferunt ab undis,
Cursumque adspiciunt choro frequentes.
Dum Pristis (2) liquidas vias vorando
Omnes anteit, et propinqua metae
Jam fertur, manibus caterva plaudit.
Dum remos magis et magis Chimaera
Impellens, proprium labore pondus
Vincit, et lateri priorem adurget,
Plaudunt Naïades. Gyae implicatam
Ut navem scopulis vident acutis,
Illi addunt animos manu atque voce.
Quod si praecipiti ruit Menoetes
Lapsu in aequora, at illico resurgit

1) Recitati in academica exercitatione *de antiquae Romae spectaculis*. Quippe *Naumachiæ* sive *ludi navales* saepe a romanis celebrabantur.

(2) Quisque facile noverit navium et nautarum nomina, quae hic usurpantur, deprompta esse a Virgilio Aeneid. Lib. V. quem auctor in pluribus aliis hic imitatus est.

Tristis et madidus fluente lympha,
Caelum Naïades replent cachinnis.
Verum ad dira simul venitur arma,
Rubroque inficitur lacus cruore,
Caesa et corpora jam natant in undis (1);
Voces terrificas ad astra tollens
Turba Naïadum, cito latebras
In imas fugitant, et inquinatas
Atra caede suas domos queruntur.



IN FUNERE CL. VIRI JOSEPHI ANTINORII

INTER ARCADES BARGYLIDIS SCYLLAEI (2).

Musa, quae Arcadiae colis recessus,
Et gaudes facili jocare avena,
Comis exue lauream coronam,
Rosas mitte procul, ligustra, myrtos:
Sume funeream modo cupressum,
Pallentes violas, nigrasque vittas.
Nimirum occidit heu! bonus poëta,
Qui multis meruit boni poëtae
Nomen carminibus: mage ast habendus
Poëta egregius nitensque nostrae
Honos Arcadiae, quod ipse vatis
Inter helvetios suavioris
Eclogas italae dedit loquelae
Modis ingenuis et expolitis (3).

(1) Istiusmodi ludi quandoque crudeliores erant; nempe ad arma et caedes deveniebatur.

(2) Ejus laudes in Arcadum conventu celebratae fuerunt.

(3) Antinorius, praeter alia scripta commendatione dignissima, vertit in italicos versus pulcherrima Idyllia celebris Gesnerii, cujus patria Tigurum in Helvetiis.

Quidnam dulcius est, decentiusque
Simplici Arcadiae, aureis beati
Aevi moribus et fide vetusti
Ruris candida, et innocente amore?
Quae cuncta helvetius simul poëta
Et pictor simul (1) arte singulari
Finxit, quaeque imitatus haud minore
Arte est Bargylides poëta noster.
Haec nempe ingenuas alunt Camoenas,
Haec servant nitidam elegantiarum
Formam, et barbarie vetant recenti
Foedari: male quidquid in canoram
Mitemque Arcadiam vomat caterva
Mendax, ridicula et tenebricosa,
Quae spernens charites amat chimaeras (2).



AD CL. VIRUM AB. ANTONIUM COPPIUM IN ACADEMIA TIBERINA

DE RE RUSTICA DISSERENTEM.

Pomonae et Cereris tibi corollae
Crines impediant, amice Coppi;
Quod nos ut melius seges per agros
Auctetur, sua largiusque gignat
Poma arbos, mage et hortulus vigescat
Artem saepe doces, honestiorem
Cunctis artibus et beatiorem.
Hanc priscum excoluit genus Quirini,
Contentum tenui lare atque mensa:

(1) Gesnerius pictor una fuit et poëta eximius.

(2) Haec in quosdam novi furfuris scriptores ex iis qui *romantici* appellari solent, injuriosos Arcadiae detrectatores.

Hanc post bella animo duces petebant
Laeto: banc e strepitn fori et senatns
Fnncti mnneribns viri eloquentes.
Haec qnippe innocnam integramqne vitam,
Laborem baec fovet utilem, qnietnm.
Totis viribns ergo, amice Coppi,
Insta magno operi: tuae corollis
Pomonae et Cereris comae virebunt.
Attamen vereor parum freqnens beu!
Ne nostro tna proseqnatnr aevo
Gens vestigia! Nnnc sibi per omnes
Terras et maria, aërisqne tractns
Negatos bomini, et brevi per antra
Forsan tartarea artibns libido
Novis quaerit opes cito affluentes,
Opes praecipiti fragore partas.
Hinc cum merce simul nefanda pestis
Gradnm corripit; binc pericla mille
Ratnm ant pulsibns, aut tonante abeno,
Incensae ant caveae scatent ruinis,
Ant poena icarii per aethera ausus.
Tellns interea, bona unde primum
Dimanant, qneritur locis relictam
Se in mnltis filici, rnbo, et colubris.
Heus! qnid, si baec animos fnrens cupido
Longe ac late agitet magis magisqne,
Quid non est bomini debinc timendnm?
At qnidqnid snperi velint futurum,
Nibil demere jam potest virentes,
Pomonae et Cereris tibi corollas.

DE FLORUM CULTURA (1)

Texamus variis, boni o sodales,
Sertum floribus, et quibus per aevum
Omne jam viguit beata tellus
Itala, et quibus exteris ab oris
Ditata hoc mage saeculo vigescit.
Texamus: caput impedire docti
Certemusque viri (2), qui in aede quondam
Hacce Nazaridum nitens juventa,
Velut flosculus, et fragrantioris
Auras ambrosiae et simul coruscos
Effudit radios bene auspicatos
Flexili ingenio, pio, sagaci.
Ille nunc genus omne flosculorum
Pingens carmine (3), quod vel ipsae ad aures
Dictarunt veneres cupidinesque,
Descriptas redolere ubique cogit
Chartas, millibus et nitere florum
Formis, vividulo colore pictis.
Ille oh! quam bene mysticos hymenes
Fragrantûm et tacitos canit sopores,
Et vel sub patulo aëre explicatos
Foetus, tegmine vel domus tepentis!
Quam docet bene, ceu magister, artem

(1) Recitati in exercitatione academica de *Agricultura*, in Collegio Nazareno habita.

(2) Eques Angelos Maria Riccius, literatissimus vir, et poeta, ut omnes norunt, egregios, ineunte aetate Collegii Nazareni convictor sedulam et admodum fructuosam operam dedit literis ac disciplinis nec non modestiae et religioni.

(3) Laodatos poëta praeclarom opus didascalicum edidit, cui titulus *Florum Georgica*.

Dextra et tempora seminis serendi,
Et quando juvet innovare glebas
Cuique, et jnngere snrculos, ab una
Et planta varios ciere flores!
Ille et floribns indicem venustum (4)
Horarnm exhibet, ut minus molesta
Nobis vita fluat, videtur nsque
Quam Flora ipsa mann notare pulcra.

Sic vates, decus italae Camoenae,
Tubae qua cecinit viros et arma (5),
Adjnngit citbarae sonum suavis,
Et simul recreat docetque cantn.

Qnare intexere nunc, boni sodales,
Cum lauro genus omne flosculorum
Pergamus, capnt impedire docti
Certemnsque viri, qui in aede primum
Hacce Nazaridum colens juventam,
Cura quod juvenes sequantur omni
Praeclarum specimen sni reliquit.

(4) Et *horologium Florae* versibns venustissimis Anacreonte dignis composuit, qnibus ingeniose demonstrat quemadmodnm varii flores se se subseqnentibus temporibns explicantes varias diei horas significent.

(5) Praeter alia plurima tum carmine tnm solnta oratione eleganter conscripta, duobus heroicis poematibns hic innnitur *Italiadi* nempe et *Sancto Benedicto*, magnis ejusdem scriptoris operibus.

AD CL. P. STANISLAUM GATTESCHIUM

E SCHOLIS PIIS

Suas exuvias tuens sereno
Nunc Florentius e polo, venustas
Tam claro decore, et choro frequenti
Stipatas puerûm preces ferentûm;
Gestit laetitia beatiore,
Et vota excipit, et manus benignas
Protendens puerûm tegit catervam.
Te vero adspiciens, bone o sodalis,
Te nostris speculum, tuasque chartas (*),
Illi gloria queis recens adaucta est
Stylo candidulo, pio, eleganti;
Arridet magis, et perenne spondet
Se dein praesidium tibi et puellis
Urbi et florigerae fore; atque olympo
Doctrinae radios piique amoris,
Ceu sidus rutilum, vibrat perennes.

(*) Egregius Rhetoricae praeceptor et rector Florentinae domus probationis, praeter tot alia scripta plena doctrinae et elegantiae, edidit religiosissimum et expolitissimum commentarium *de martyrio et cultu s. adolescentuli Florentii.*



DE LAUDIBUS
EMINENTISSIMI PRINCIPIS BARTHOLOMAEI PACCA

AD VIRUM CL. PAULUM AB. BAROLAM (1).

Paule, cur lacrymas adhnc, et alto
E sinu gemitns amariores
Exprimis, quoties tuas ad aures
Nomen purpnrei patris refertnr,
Qni tibi sua credidit secreta?
Veri scilicet est amoris index
Aerumnas capitis dolere cari.
Ast ubi aethereas volant ad arces
Qui nobis fuerant amore juncti,
Illis ni mage nos amemus ipsi,
Haud lnctus decet, imo gratnlandum est
Qnod felix agitent perenne saeclnm.
Haec fors nonne tuo obtigit patrono
Propter innnmeros suos labores,
Et scripta ingenno stylo exarata (2),
Virtutesque animî bonamque mentem?
Ille si imperium Petri Deique
Et jura est tnitus; Petrus beatae
Domns limina jam reclusit illi, et
Dat Christus proprio sedcre regno.

(1) Auctor hosce versus legit in Academia Tiberina, quae solemnes laudes Eminentissimi Principis memoriae tribnebat. Porro ab. Paulo Barolae, viro litteris et philosophia praestanti, inscripsit tum in amicitiae argumentum, tum quod ipse diu a secretis fuerat laudati principis.

(2) Cardinalis Pacca ingenuo et nitido stylo multa scripsit commentaria (*memorie*), ex quibus illa maxime excellunt de *suis legationibus* et *itineribus*, nec non de *sua captivitate in arce Fenestellarum*.

Si exul pontificem exulem secutus (1)
Est inter gladios minasque saevas,
Et mille impavidus pericla vicit;
Nunc illi propior, caput corona
Cingens, perpetuum refert triumphum
Eo nobiliorem, utrisque Roma
Quem plaudens redeuntibus paravit (2).
Diu in carceribus tenebricosis
Vitae incommoda si tulit misellae (3);
Nunc inter radios micat supernae
Lucis, atque Deum intuetur ipsum,
Quo nil clarius est beatiusve.
Si interdum citharae manus eburnae
Admovit catus (4), ut sibi molesta
Infortunia paullulum levaret;
Melos caelituum bibens modo, aure
Sic totoque animo beatur, ut nil
Exoptare aliud queat bonorum.
Ergo da lacrymis, o Paule, finem,
Illi et pectore gratulare toto,
Qui tanta fruitur beatitate,
Estque apud superos memor suorum.

(1) Secutus est in exilio et captivitate, quoad potuit, fortissimum Pontificem Maximum Pium VII. A quo tamen invitus deinceps distractus fuit, et in praedictae arcis carcerem conjectus.

(2) Nemo posset verbis exaequare laetitiam, plausum et pompam, quibus Pium VII. ab exilio et captivitate suae sedi restitutum Romamque redeuntem exceperunt romani, et simul cum ipso Cardinalem Pacca.

(3) Hic innuimus praedicto carceri, in quo tres annos et amplius durissima quaeque eminentissimus vir invicte sustinuit.

(4) Musica delectabatur, et non mediocriter eam callebat.

EPIGRAMMATA

QUORUM NONNULLA EX TEMPORE

IN CHRISTI DOMINI NATALITIIS

Pastorum turbae claro se in lumine monstrat
Aliger, et natum nuntiat esse Deum.
Hinc disce, officium sacros urgere ministros
Numen ut agrestes edoceant animos.
At reges, quorum informat sapientia mentem,
Perducit Bethlem sidus ad antra recens.
Solos jure sophos hinc disce vocarier illos,
Natura auctorem quos docet ipsa suum.



IN NATIVITATE B. MARIAE VIRGINIS

Aligeri ad cunas Dominae sua munera portant,
Sidera hic ex auro, hic lilia, at ille rosas;
Pallentes alius violas, aliusque amaranthos:
Neve deest indi gemma corusca maris.
Ast unus trepide accedens sua dona sub alis
Condit: septenos nempe gerit gladios.
Sed tandem profert; namque haec divina voluntas;
Ac dubia tendit dextera, et illacrymat.
Dona Puella capit subridens: sidera, flores,
Gemmas dat capiti; colligit arma sinu.



DE URBE ROMA


Innumeris olim victrix acerrima pugnis
    Roma super gentes protulit imperium.
Relligione modo istum complectitur orbem,
    Et vincire omnes gestit amore animos:
Gloria quae major? Si praefers otia bello,
    Si pietatem odio, lumina si tenebris;
Tantum urbem dices veteri praestare secundam,
    Quantum antris distant sidera tartareis.



IN GREGORIUM XVI. P. O. M:

ALBANI RUSTICANTEM

Blandius albanis spirate in collibus, aurae,
    Et plenam stabilis ferte salutis opem:
Nam Pater advenit, caelum qui fronte serenat,
    Et cruce nequitias disjicit aërias.
Candida portet ovis lac dulcius atque capella:
    Maximus in nostris Pastor adest laribus.
Uvis sit gravior vitis pendentibus, herbis
    Et melius vireant roscida prata novis.
Candida mixta rosis concrescant lilia; tellus
    Undique praesentem sentiat Agricolam.
Tu quoque laetus aquas misce, multosque resultans
    Ex imo pisces gurgite mitte, lacus.
Summus enim Piscator adit tua litora, Petrus
    Cui rete et navim tradidit ipse suam.



AD EUMDEM SUMMUM PONTIFICEM

PARI OCCASIONE

Quod, Pater alme, Tibi has nostras invisere sedes
Jam toties placuit, marmora sculpta docent (*).
Attamen usque tuum duro quam marmore sculptum
Altius in nostro pectore nomen erit.



DE EODEM ARGUMENTO

Aëre dum gaudes jucundo, maxime Pastor,
Et colles Albae et florea rura colis,
Non Te magnarum capiunt oblivia rerum :
Sed curas volvis mente animoque graves;
Ac tua per totum sapientia providet orbem
Quidquid relligio poscit et imperium.
In terris igitur Tu jure vocaris imago
Numinis immensi, jure vicesque geris.
Nempe Deus, caeli excelsa dum sidit in arce,
Terras, oceanum, sidera cuncta regit.

(*) Innuitur lapidi, qui memoriam servat summi Pontificis rusticum collegii Nazareni domicilium pluries benignissime invisenti.



AD AUGUSTAM MARIAM CHRISTINAM BORBONICAM VIDUAM SARDINIAE REGINAM

ROMA AD SUBALPINOS REDEUNTEM

Augusta o Regiua, sacro de litore Tibris
Quandoquidem ad litus vis remeare Padi;
Innumeri, quos virtutum lux alma tuarum
Perculit, aut pietas juvit et auxit ope,
Ad caelum palmas tendunt atque ora, precautes
Omnia Tyrrhenum per mare fausta Tibi:
Et veras imo lacrymas de pectore funduut,
Quas promit, longe Te hinc abeuute, dolor.
Geus alia sed parte, tuum jam experta parentis
Plus quam reginae numen et imperium;
Te cupide expectat, pelagiquo ligustici ad oras
Certatim currens tollit ad astra mauus:
Propitiumque precatur item Tibi in aequore cursum,
Adveutum votis acceleratque tuum.
Tu appelleus, illic et multos flere videbis;
Laetitia ast lacrymas, Te redeunte, parit.



AD EAMDEM

DIE IPSIUS ONOMASTICO

Regiua alma, Tuum nomen dum fausta reportat
Aurora, et multis auxilium miseris,
Ipse sacrum celebrans, Deus ut Te sospitet aevum
In longum, ardenti e pectore vota fero.

Relligio tunc, quae media resplendet in ara,
　　Atque artes illi quae decus adjiciunt,
Nomini et arridere tuo, farique videntur:
　　Nos adamat: felix floreat ipsa diu.



AD EAMDEM DIE NATALITIO

Iure diem Tibi natalem, Regina, quotannis
　　Et plausu et cithara concelebrare decet.
Quippe tuae benefacta manus renovare quotannis
　　Gaudes, quoque soles quin renovare die.
Quare si augusti funus lacrymabile sponsi
　　Demsit sceptra Tibi, haud abstulit imperium.
Regia nam duplex virtus: est altera fraeno,
　　Altera amore potens: haec Tibi restat adhuc.



AD AMPLISSIMUM PRAESULEM

IOANNEM SERAPHINIUM

INTER

EMINENTISSIMOS PATRES S. R. E. CARDINALES
ADLECTUM

Quod praesul populis sanctissima jura dedisti;
　　Quod functus magno es naviter officio
Curandae advigilans Urbi; quod mente benigna es;
　　Te auctavit merito summus honore Pater.
Ergo justa meum pertentant gaudia pectus,
　　Dum figo chlamydi basia purpureae.
Sed laetor magis ac miror, quod semper eodem
　　Vultu animoque manes quo mage crescit honor.

IN CL. VIRUM ASTOLPHUM SERVANTIUM

SEPTEMPEDANUM (1)

Sacra Tridentini sic rettulit acta Senatus (2),
Quae praesens oculis viderat ipse suis,
Materiae stylus ut gravitatem exaequet, et ordo
Luceat in tanta pulcher ephemeride.
Ergo illi pars debetur non ultima laudis,
Quam sibi tot magni promeruere patres:
Nomen et Astolphi vivet dum grande vigebit
Aeternae interpres relligionis opus.
Sed major laus, exhibitos quod fugit honores,
Francisci obscuro in claustro habituque latens (3).



DE AENEA MOLE SPLENDIDISSIMA

SUPER S. PETRI AP. ARAM

IN VATICANO ERECTA

Aere, quod ante Diis decorabat tecta vetustis,
Facta dein magni est grandior ara Petri (*).
Et merito: falsa ejecit qui numina regno,
Ferre idem e victis debuit exuvias.

(1) Iam typis editum in collectione poetica „ de illustribus Servantiorum familiae viris „ ad comitem Severinum Servantium Collinm Sacri Ordinis Hierosolymitani insignibus decoratum.

(2) Interfuit Concilio Tridentino, ejusque ephemerides accurate et eleganter descripsit.

(3) Quum munera honorificentissima sibi parari intelligeret, inter Sancti Francisci sodales religiosam et obscuram vitam suscepit.

(*) Urbanus VIII. Pont. Max. aes quo Pantheon extrinsecus decorabatur, in ingentes hujusce molis columnas et conopeum transformari jussit.

DE AGRESTIS VITAE BONIS

Sic, Flacce atque Maro, cecinistis gaudia ruris,
Tuque etiam cithara, blande Tibulle, tua,
Tantum opus ut nullus tentet renovare poëta;
Sed vos admirans terque quaterque legat.
Ingenui mores; frugalis mensa veneno
Haud mixta; in patulis otia tuta casis;
Deliciis plena innocuis et pura voluptas:
Haec mira in vestris versibus arte nitent.
Attamen oh! quanto ruris nunc gaudia praestant,
Quod vestra hic dulce est carmina perlegere!



DE ANTIQUIS ROMAE THERMIS

NUNC VEL DIRUTIS VEL EXSICCATIS

Constiteram ut thermas spectarem forte vetustas,
Quum nympha obloquitur visa repente mihi:
Thermarum excidium et veterum meditaris aquarum
Jacturam? Ipsa meos devolui hinc latices:
Aeri et marmoribus pretium nam cesserat unda; et
Saepe ministrabant balnea luxuriae.



DE VICTORIA COLUMNA

QUUM EJUS MARMOREA EFFIGIES IN PROTOMOTHECA CAPITOLINA
INTER ARCADUM CARMINA INAUGURARETUR

Quum tueor quandoque viros leviora canentes
Carmina, foemineis vix recinenda choris,
Mittite apollineas, inquam, de vertice lauros,
Et myrtum atque rosas sumite acidalias.

Sed tu, quae fortes promis, Victoria, sensus
Fundens magnanimis carmina digna viris,
Flores, foemineam suerunt qui cingere frontem,
Deme; tuas decorent laurea serta comas.



DE FUNERE CL. VIRI ALEXANDRI PIERII

Cur sophus et vates, pater optimus atque maritus,
Nostris tam propere evanuit ex oculis?
Cum nato partitus erat qui laurea serta (1),
Huic Numen cinxit tempora sideribus.



DE PHILIPPI ZAMPII EFFIGIE EXIMII PICTORIS EQ. PETRI PAOLETTI

OPERE

Zampius hicne est, an Zampi sine corpore imago?
En oculos circum volvit, et alloquitur.
Alloquitur? Sacro afflatus quin numine Phoebi
Pangere musarum dulce videtur opus (2).
Hercle! aut vivus hic est, aut haecce simillima vivo
Effigies. Tanta quis fuit arte potens?
Desine mirari: soror est pictura poësi:
Quae pinxit vatem duxit Apollo manum.

(1) Vir doctissimus, laudabilis vates, et Matheseos in liceo magno professor, filium Iulianum ita literis ac disciplinis informavit, ut hic dignus haberetur qui patri in cathedra succederet.

(2) Poësim coluit cum laude non mediocri, et probatos saepe versus canebat ex tempore.



AD CL. VIRUM ANTONIUM COPPIUM
DE AGRICULTURA
IN ACADEMIA TIBERINA DISSERENTEM

Gratnm opus agricolis pertractas, docte sodalis,
Oh! qnanto uostris versibns utilins!
Terra alimenta parit, vestes, divesqne metallnm:
Musarum est cnltor panper et esuriens.



AD BOSCHUM CELEBREM PRAESTIGIATOREM

Tam beue tu ludens ocnlornm fallis acnmen,
Ducere ut ex nihilo res videare novas,
Vertere et in nihilum quae snnt: te spectat hiaute
Plebs ore, ac tantis plandit imaginibus.
Si capnt efferret tumnlo gens prisca Quiritûm,
Te coleret lapsum ex aethere Mercurinm.



DE CORPORIS VIRIBUS

Surgebat quercus sublimi iu culmiue montis,
Radicesque imo iu viscere condiderat;
Atque snper reliqnas pandebat brachia plantas,
Despiciens hederas et calamum et salicem.
Acta sed irato strideus aquilone procella
Glandiferam totis nisibus aggreditur;
Turbine et avnlsam horrifico radicibus altis
Sternit humi: maguo mons qnatitnr sonitu.
Ast hinc inde capnt viburna et mollis arundo
Flexernnt, ruptis nec jacuere fibris.
O juvenis, robur qui jactas, exitiosas
Ipse ex hoc vires disce timere tuas.

DE PULCRITUDINE

Adspice mane rosam: cultis pulcherrima in hortis,
Gemma velut radians, rore recente micat.
Quam bene recludit depictas murice frondes!
Quam grato zephyros nutrit odore leves!
Ast ubi in occiduis sero sol mergitur undis,
Respice: quippe rosam noscere vix poteris.
Namque caput flexit, foliis viduata, perempta est:
Fata venustatis disce, puella, tuae.



DE HYEME

Horrida portet hyems nebulas ventosque nivesque,
Et tellus rigido squalleat arcta gelu:
Haud timeo: firmo clausae stant vecte fenestrae,
Nec tenuis nostras permeat aura fores.
Dulce mihi ante focum doctos evolvere libros,
Seu vestros, Musae, sive, Minerva, tuos.
Dulce mihi partem scribendo ducere noctis,
Et partem somni cedere blanditiis.
Sed tu prima mihi in Boream, pater, arma ministras,
Bacche, tuis cyathis et saliente mero.



DE VERE

Iam nubes caelo nebulaeque et frigidus imber
Diffugiunt; nitide Phoebus ab axe micat.
Jam lenes zephyri Boream pepulere furentem,
Et referunt tutas per vada salsa rates.
Liquentes trepido discurrunt murmure rivi,
Frugifer et cultos irrigat humor agros.

Undique prata virent, redolentque recentibus herbis,
Succrescunt violae, cana ligustra, rosae.
Suave canunt volucres modulanti gutture carmen,
Et ponunt nidos percitae amore suos.
Dulcia naturam pertentant gaudia totam:
Namque sacer Veneri blandus aprilis adest.
Sed quibus infando mordetur crimine pectus
Ver nunquam floret, jugis at horret hyems.



DE SAPIENTIA

Divitias caecis oculis fortuna ministrat,
Atque adimit caecis divitias oculis.
Arbitrio populi famae captantur honores;
Fama et honor populi concidit arbitrio.
Melle prius dulci pertentat corda voluptas;
Inde venenatam gignit amaritiem.
Vera sed aeterna exoritur sapientia mente,
Nec mutat formas, tempora nec patitur.
Ipsa animos nutrit penitus, dum vita manebit;
Dat clare exutis corpore nosse Deum.



DE AMORE IN PATRIAM

Quam dulce est patrias quandoque revisere terras,
Notaque natalis tecta subire domus!
Ipse suas sole exustas amat indus arenas,
Et sua tecta gelu asperrima hyperboreus;
Et quae nativis coguntur abesse cavernis,
Excruciat saevas anxia cura feras.
Ipsa arbos quum longinquas transfertur ad oras,
Pallet, et ostendit languida tristitiam.
Monstrum igitur dices patriae qui est immemor: at quo
Nomine donetur qui interimit patriam?

DE CRESO AVARO

Cresus amat nummos plusquam magnetica ferrum
    Cautes, venosam aut sordida hirudo cutem.
Colligit unde potest, numerat bis terque, tuetur
    Percupidis oculis, basia figit hians.
Carpere iter seu vult, seu mensae accumbere, sive
    Dormitet, dulce in pectore stringit onus.
Amisisse prius pateretur lumina solis,
    Quam partem e caris demere deliciis.
Ah! vereor ne, Mausoli ut fidissima conjux
    Dilecti cineres conjugis ore bibit,
Sic Cresus, penitus quo complectatur amicos,
    Igne liquescentes hauriat, et pereat!



DE MEDICO OMIOPATHICO

Curae omiopathicae totum se credidit aeger;
    Nam sectator eum decipit Hannemani.
Quae vix formicis satis essent, pharmaca doctor
    Adplicat: omne diu permanet inde malum.
Tum ad coenam aegrotus medicum vocat esurientem;
    Ac primum longo detinet alloquio.
Dein paucas vini guttas et frustula panis
    Atque assum flammis porrigit erythacum.
Tunc medicus: quid enim? Ast aeger: qua tu mihi febrem
    Dosi propulsas, hac tibi pello famem.



MISER DE FORTUNA

Versare alternis vicibus sors dicitur orbem, et
Mittere nunc infra, tollere nunc homines.
Fabula mentitur: namque ipso e limine vitae
Inversum usque meum pendet ab orbe caput.



DE ANIMO INGRATO

Grata leaena manum lambit, qua percipit escam,
Nec dominum mordet caeca furore canis.
Sudores arbos reficit foecunda coloni,
Et pluvias caelo flumina restituunt.
Nonne homines qui nostra odio benefacta rependunt,
Naturae pestes dixeris horribiles?



DE ITALIS ALIENIGENAS IMITANTIBUS

Sic anglos, gallos, germanos itala pubes
Nunc sequitur, tarda ut dicere saecla queant:
Itala gens quondam nedum regnare, sed esse,
Vestire, effari, incedere dedidicit.



DE LAUDIS AMORE

Cur sua facta effert aeternis laudibus Alcon?
Quae reticent omnes solus ut ipse canat.
Cur sua gesta ullis non effert laudibus Aegon?
Plus alii ut memorent quo magis ipse tacet.



AD PHARMACOPOLAM MILITIAE ADDICTUM

ET MILITARI IN VESTE INCEDENTEM

Pone ensem, Zephyrine, tuum, nec bella moveto:
Nam tua sat multos pharmaca jam perimunt.



DE HOMINE MALEDICO

Cur aliis Blattus malefacta tot imputat? Ipse
Quod sua, mutato nomine, dinumerat.



AUCTOR DE SUO HOROLOGIO

TARDITATE LABORANTE

Index saepe gradum sistit mihi qui notat horas;
Nulla tamen vitae constitit hora meae.



DE MUSICA

Harmonia exhilaratque homines, mulcetque ferarum
Corda, movet caeli sidera, grata Deo est.



AD SACRUM ORATOREM

NIMIS BLANDILOQUUM

Si saeclum somno excutiunt vix fulmina linguae,
Quidnam proficies, Ornyte, blanditiis?



AD POSTHUMUM LIBERTATEM PRAEDICANTEM

Posthume, qui barba es tanta videaris ut hircus,
Et fumum e labiis semper ut Aethna vomis,
Ostentas te velle jugo subducere collum,
Et libertatis dulcia signa sequi?
Perbelle! Ergo animi nunc debellare tyrannos
Incipe, qui omne nefas imposuere tibi.
Disjice lasciviem, qua capro es turpior ipso,
Auri et inexpletam disjice corde famem.
Cedat ab insana error et ignorantia mente,
Perpetua et molli a corpore desidies.
Impietas abeat procul, ac te saepius arae
Praebentem videant thura precesque Deo.
Si facias: seu rex unus, seu fraena Senatus
Imperii teneat, Posthume, liber eris.
Ni facias: Titus ipse regat, vel publica sit res,
Semper eris servus diraque faex populi.



INTERPRETATIONES



LA CAPANNA DI N. S. GESU' CRISTO

IN BETLEMME

SONETTO (*)

I regali palagi è l'alte mura
Tu vai guatando, o pastorel, d'intorno?
E il tuo sprezzando ostello disadorno,
Mediti di cangiar stanza e ventura?
Folle! Non vedi tu siccome oscura
Umil capanna elesse a suo soggiorno
Quei che fa il ciel di tante stelle adorno,
Fabbrica i mondi, e regge la natura?
Vivi, deh! vivi pur lieto e contento
Nella capanna tua; nè tema o sdegno
Abbi se il fulmin tuona, o stride il vento.
Al nato Dio consacra ovile e greggia:
E quel braccio lor fia scudo e sostegno,
Per cui tremò di Baldassar la reggia.

I RE MAGI ED I PASTORI

ALLA CAPANNA DI BETLEMME

SONETTO

Allor che d'orïente i bei tesori
Offriano i regi al divo pargoletto,
Uno stuolo di semplici pastori
Guatò alla soglia dell'umil ricetto.
Poi disse agli altri Egon: quell'oro eletto
E que' profumi di sì grati odori
Altro ben son che un candido agnelletto,
Una colomba o un panierin di fiori.
Ah! temo che l'infante il serto mio,
Dopo l'offerta prezïosa e rara
Di que' gemmati re, ponga in oblio!
Ma Elpino a quello: deh! una volta impara,
Che non il dono (e sia pur grande) a Dio,
Ma sì del donator la fede è cara.

(*) È dell'autore medesimo della versione: e tali sono i seguenti, ove null'altro si aggiunga.

Moenia qnidnam urbis, quid celsa palatia regum
Intentis, pastor, cernere aves ocnlis?
Ac, tna contemnens magalia, linqnere sedem
Antiquam et patrias cnr meditaris oves?
Demens! Nonne vides fulgenti nt praeferat anlae,
Et colat obscnram parvulus iste casam,
Qui stellis caelum exornat, qui fabricat orbes,
Naturamque suo temperat arbitrio?
Vitam heus! dege tuam paleae sub tegmine laetus,
Nec venti strepitum, fulgura nec timeas.
Sed pius esto: tuum firmabit dextera ovile,
Qua Balthassaris regia contremuit.



Dnm reges orientis opes et munera promunt,
Ac nati fundnnt Nùminis ante pedes,
Pastorum turba exiguae se ad limina sedis
Colligit attentis inspiciens oculis.
Ad reliquos Aegon socios dein talia fatur:
Hoc aurum fulgens, hic peregrinus odor,
Oh! quantum praestant agno niveaque columba,
Et violis pleno sive rosis calatho!
Ah! vereor postqnam reges sua dona tulerunt,
Negligat oblitus ne mea serta puer!
Elpinns contra: disce hens! non esse dicantis
Munera grata Deo, disce placere fidem.



NELLA PASSIONE DI N. S. GESU' CRISTO

SONETTO

Angeli, scesi sovra il monte atroce
Ove Solima ingiusta un Dio vuol spento,
Deh! voi correte con volo veloce
Ad impedir l'orribile tormento.
Spine e lancia e martelli e chiodi e croce,
Tutto per voi s'infranga e sperda al vento;
E de' Giudei lo stuolo empio e feroce
Caggia compreso al suol d'alto spavento.
Ma immote stanno le celesti squadre;
E solo in atto doloroso e pio
Fan velo al volto dell'ali leggiadre.
Intendo: elle udir già dall'Uomo Dio,
Quando gli offrir l'amara tazza « o Padre,
Il tuo voler si faccia, e non il mio »



IL SILENZIO DELLE CAMPANE

NEL VENERDI' SANTO

SONETTO

O sacri bronzi, o voi, che in dolce metro
Nunziate il Sol che fuga l'ombra oscura,
E quando il più sublime arco misura,
E l'ora in che la notte a lui tien dietro;
Oggi tacete: Chè sanguigno e tetro
Velo stendendo sulla faccia pura
Il Sol turbossi; e tutta la natura
Si fece al suo Fattor mesto ferètro.
Tacete: Allor che gli ultimi lamenti
Del Redentor l'aura pietosa udìo,
Muta in quel dì fu al ritmo ed ai concenti:
E lo stesso lugùbre tintinnio
Che voi movete a lamentar gli spenti,
Fora suon lieto quando muore un Dio.

Aligerùm delapsa cohors super ardua montis,
Quo Solyma heu! caędem Numini iniqua parat,
Praepetibus cursum pennis celerate per auras,
.Atque agite, horrendum vos prohibete nefas.
Malleus extemplo, clavi, crux, lancea, vepres,
Per vos, ut pulvis, omnia dispereant.
Et Judaeorum, quotquot furor impius urget,
Corruat ingenti territa turba metu.
Ast immota phalanx stat; quam pietasque dolorque
Vultum adigit plumis contegere aureolis.
Iam quippe audierat, calicem quum ferret Iesu:
„ Non mea vota; tuum sed, pater, imperium „.



Aera, coruscantis dulcissima nuntia solis,
Umbras quum caelo disjicit exoriens,
Aethere vel summo medium quum dividit arcum,
Aut illum in magno nox tegit oceano;
Aera silete: nigro perfusum sanguine velum
Sol hodie flavas explicat ante comas,
Ac pavidus tremit: auctori natura parentans
Cuncta suo, moestum vertitur in feretrum.
Aera silete: Dei extremis singultibus aura
Quum gemuit, cantus horruit et numeros.
Et tristes sonitus, hominum queis funera fletis,
Quum Deus occumbit carmina laeta forent.

SULLA CORONAZIONE DI SPINE

DI N. S. GESU' CRISTO

SONETTO

Ve' quel capo divino, a cui dovuto
Fora un serto di stelle in paradiso,
Com' è da spine orribili feruto,
E del suo sangue a larghi solchi intriso.
L'aspre trafitte pazïente e muto
Soffre Gesù col guardo a terra fiso:
Soffre di re lo schernitor saluto
E gli empj applausi ed il maligno riso.
La tristezza e il pallor di quel sembiante,
Della fronte lo strazio, ed il martoro
Di quell'alma pensando un solo istante,
Dal suo crine il monarca e gemme ed oro,
I molli fiori il sibarita amante,
Ed il poeta gitterìa l'alloro.



GLI STRUMENTI DELLA PASSIONE

DI N. S. GESU' CRISTO

SONETTO

Tu dunque, o croce, e voi, crudi strumenti,
Chiodi, spine, flagelli, asta feroce,
Voi traeste a tal morte empia ed atroce
Quel Dio sceso a recar vita alle genti?
Oh delitto! Ne'suoi gorghi frementi
V'inghiotta, o ferri, la tartarea foce:
Vorace fiamma, o funi, o spine, o croce,
V'incenerisca, e in mar sperdano i venti.
Che dissi? Ah! del misfatto orrendo e rio
Innocenti voi siete! È l'uom, che armato
Di voi suo braccio strazïava un Dio.
Voi, col sangue fea sacri il Redentore:
Perch'io piango e v'adoro, e al suol prostrato
Baci v'imprimo di pietà e d'amore.

Divinum ecce caput, debita cui forent
Caelesti in solio lucida sidera:
Ut punctum horrificis vepribus horreat,
Et circum imbre fluat sanguineo viden?
Mutus queis rabide tempora scinditur
Fert tormenta, solum luminibus tuens,
Risu et ludibrio turba satellitum
Dum regem vocat et plausibus impiis.
Si moestos oculos, pallidulas genas,
Et frontem laceram mente revolverent,
Ac tristes animi sollicitudines;
Auro intexta potens rex diademata,
Flores molliculos qui venerem colit,
Vates serta comis laurea demeret.



Ergone, crux, vepres, clavi, saeva hasta, flagella,
Vos ausa horribili caedere morte Deum,
Qui vitae properabat opem mortalibus aegris?
Oh! diri atque novi criminis impietas!
Ferrea tela, fremens alto vos gurgite mergat
Tartarus, et caeco contegat in barathro!
Crux, vepres, funes, rabido vos igne perurat
Flamma vorax, cinerem diripiantque noti.
Quid loquor? Ah! tanto insontes vos crimine! In ipsum
Vos hominis vertit dextera iniqua Deum.
Vos igitur Christi sacratos sanguine adoro,
Et vobis lacrymans oscula mille fero.

S. GIUSEPPE CALASANZIO

FONDATORE DELL'ORDINE DELLE SCUOLE PIE

SONETTO (*)

Di prosapia regal sull'Ebro nacque,
Ma gli agi ebbe in disdegno e l'oro avito;
E de'guerreschi onor sordo all'invito
Le sacre insegne di seguir gli piacque.
Di Dio lo spirto, che per lui non tacque,
L'addusse al Tebro dall'ispano lito,
E padre il volle d'uno stuol fiorito,
Per cui turpe ignoranza estinta giacque.
La giovinetta età, sua prima cura,
Egli allettava, onde a pietà venisse,
Coll'esca del saper soave e pura.
Egri e spenti avvivò, spense odî e risse;
Trionfò di calunnia e di sventura;
Profetando moria santo qual visse.



LA CAMERA DI S. GIUSEPPE CALASANZIO

NELLA CASA PROFESSA DI S. PANTALEO

SONETTO

„ O cameretta, che già in te chiudesti „
Un campione di Cristo invitto e pio,
Oh! qual sacro stupor sul ciglio mio,
Oh! quale affetto nel mio cor tu desti!
Tu l'udivi rapito infra i celesti
Le lunghe notti favellar con Dio;
O le colpe espiar d'un mondo rio
Sè percuotendo con flagelli infesti.
I rozzi panni, il duro letto, i santi
Libri, la dotta penna, ed il divino
Arredo tu a ragion ne mostri e vanti.
Altri ammiri trofei d'umana gloria,
Spade, lance, bandiere: io queste inchino
Armi che dell'inferno ebber vittoria.

(*) Già dedicato in istampa (ricorrendo la festa del Santo) al ch. e reverendissimo P. Giambattista Rosani, allora Preposito Generale dell'Ordine, ora Vescovo d'Eritrea e Presidente della nobile Accademia Ecclesiastica. Lo stesso si noti intorno al seguente.

Regali e stirpe ad ripam prognatus Iberi
Commoda posthabuit divitiasque patrum;
Et renuens saepe exhibitos sibi Martis honores,
Se antetulit sacrae tradere militiae.
Illum dius Amor, cordi intima verba locutus,
Ad Tiberis litus duxit ab hesperio;
Illi et florentis patrem dedit esse catervae,
Quae ignaris tenebras mentibus ejiceret.
Caros doctrina pueros captabat, ut inde
Per celsum traheret relligionis iter.
Infirmis vires, demersis funere vitam
Reddidit, iratos composuitque animos.
Sorte triumphator de adversa et crimine falso,
Vaticinans, sancte, ut vixerat, occubuit.

Parva o cellula, jam sinu ministrum
Complexa impavidum piumque Christi,
Te quanto intueor stupore captus!
Quantum pectore mi cies amorem!
Tu scis ad superos ut ille raptus
Noctes multa Deum alloquens agebat,
Aut membra horridulo flagro cruentans
Pravi crimina saeculi piabat.
Haec rudis tunica, asperum cubile,
Et libri et calami sacra et supellex
Te reddunt merito superbientem.
Humanae arma potentiae ac trophaea
Stupescant alii; his ego colendis
Moror, quae stygium domant tyrannum.

PER NOVELLO SACERDOTE (*)

SONETTO

Chi è colei che tutta lieta in viso
Al ciel ne vola fra le alate squadre,
Mentre l'Agnello sul Calvario anciso
Tu, Luigi, offerisci al divin Padre?
Ecco, a te piega con gentil sorriso
Dolcemente le sue luci leggiadre:
Ah! che al sembiante e agli atti la ravviso!
È Cecilia, è la tua diletta madre.
Sì: la tua madre allor che acerba e ria
Morte la dipartì dal fragil velo,
N'andò 've il giusto i lievi falli espia.
Dal poter tuo novello e dal tuo zelo
Tratta, or s'innalza per l'eterea via,
E te guata, e ringrazia, e aspetta in cielo.



IN MORTE DEL CELEBRE LATINISTA

CARLO BOUCHERON

SONETTO

Piangete, o grazie del sermon latino,
In bruna vesta e con le chiome sparte:
Sparì quell'alto ingegno e pellegrino,
Che de' vostri bei fiori empiea le carte.
Egli del dir nella difficil arte
Quando emulava l'orator d'Arpino,
Quando al pittor del numidico Marte
Si stette, o a quel d'Agricola, vicino.
Ei del grave divin vostro idioma
Ornava il tempio e la funerea chiostra
Coll'aureo stil che diè Laconia a Roma.
Piangete: In lui fu tolto all'età nostra
Chi più copria di scorno e facea doma
Gente nemica della gloria vostra.

(*) Don Carlo Luigi Morichini, ora Arcivescovo di Nisibi e Nunzio Apostolico presso S. M. il Re di Baviera. Il quale pochi mesi prima di salire al sacerdozio avea perduta la madre Cecilia) di età ancor verde.

Quae laeto mulier serena vultu
Inter aligeros ad astra fertur,
Te Agnellum in Solymao jugo peremptum
Offerente Patri, nove o sacerdos?
En: dulcem reserans ab ore risum
Ad te blandidulos amica ocellos
Vertit: ah! facie et modis decoris
Novi Caeciliam tuam parentem!
Parens nam tua quando acerbiore
Morte est corporeis soluta vinclis,
Illo, ubi maculae leves piantur,
Adivit: modo sed, potentis acta
Vi ministerii tuoque amore,
Scandit aethereas vias; et illinc
Te jucunda tuetur, atque grates
Agens te in patria manet superna.



Lugete, o charites latinitatis,
Veste in funerea, comas solutae:
Vir alti occidit ingeni, usque vestris
Floribus solitus replere chartas.
Linguae hic difficili potens in arte
Nunc Tulli fuit aemulator, et nunc
Ejus qui Numidam ferum, vel ejus
Qui vivo Agricolam colore pinxit.
Hic vestro eloquio decente divos
Templis ac tumulis decus ferebat
Stylo quem retulit Ladone Tibris.
Lugete, o charites, virum peremptum
Qui vestris genus invidens triumphis
Probroso domitum obruit pudore.

LA LEGGE E LA POESIA

SONETTO

Un dì sue leggi la celeste Astrea
Dettò fra il suono della cetra e il canto;
E con tal arte l'uman cor movea,
Che inchinarlo a virtude era sua vanto.
Frequente intorno a lei turba accorrea
Bevendo il dolce salutare incanto;
E tutte genti l'adorâr qual Dea
Di premî e gioja, non di pene e pianto.
Ma poi ch'ella mirò l'indegno amore,
La ria bestemmia, ed un blandir nefando,
Bruttare il regno dell'Aonie suore;
L'empio abuso e disnor forte sdegnando,
Onde invilir l'ascree fila canore,
Gittò la cetra, e diè di piglio al brando.



LA NAVE IN TEMPESTA

IMMAGINE DELLA VITA UMANA

SONETTO (*del Petrarca*)

Passa la nave mia colma d'oblio
Per aspro mare a mezza notte il verno
Infra Scilla e Cariddi; ed al governo
Siede il signor, anzi il nemico mio.
A ciascun remo un pensier pronto e rio,
Che la tempesta e 'l fin par ch'abbia a scherno:
La vela rompe un vento umido eterno
Di sospir, di speranze e di desio.
Pioggia di lagrimar, nebbia di sdegni
Bagna e rallenta le già stanche sarte,
Che son d'error con ignoranza attorto.
Celansi i due miei dolci usati segni;
Morta fra l'onde è la ragione e l'arte,
Tal che incomincio a disperar del porto.

COMPENDIARIA INTERPRETATIO

Carminibus quondam gentes Astraea docebat,
Et citharae ad sonitum provida jura tulit.
Turba frequens illam coluit, ceu praemia dantem
Laeta Deam, haud vero supplicia et lacrymas.
Ast illa ut vitiis turpari carmina vidit,
Projiciens citharam muniit ense manum.



Noctem hyememque inter mediam mea cymba per undas
Versatur diras, immemor ipsa sui.
Hinc mihi Scylla vorax minitatur, et inde Charybdis,
Et clavum dominus quin meus hostis habet.
Cuique procax remo tristisque incumbit imago,
Quae tempestates temnit et interitum.
Humidus assidue discindit carbasa ventus,
Quem desiderium, spes gemitusque cient.
Fusca irae nebula et lacrymarum defluus imber
Lassae jam funis stamina dissoluit,
Nescia quae veri mens texuit et malus error:
Seque tegunt oculis sydera nota meis.
Ars atque ingenium tumidis extinguitur undis,
Ut spes jam portus decidat ex animo.

IN MORTE

DELLA PRINCIPESSA GUENDALINA BORGHESE

SONETTO

DEL CH. SIG. ANTONIO MORELLI

Parea donna di cielo a noi venuta
Di grazie adorna, d'umiltà e candore;
Per meraviglia ognun rendeale onore;
Tanto di leggiadrezza era vestuta.
Di quella carità, ch'opera muta,
Tutto avea pieno l'intelletto e il core;
Fede, o Roma, ne fe' lo tuo dolore
Nel giorno acerbo in che tu l'hai perduta.
Chè il carro, in cui sua spoglia riposava,
Per la via del sepolcro a man fu tratto
Dal popolo che requie a lei pregava
Ma essendo la bell'alma a Dio salita,
Quella prece tornò ad altrui riscatto:
Così sua carità fu in ciel compita.



PEL MONUMENTO DELL'ARCHITETTO PALLADIO

SCOLPITO DAL CH. PROFESSORE CAV. GIUSEPPE FABRIS
E COLLOCATO NEL CIVICO CIMITERO DI VICENZA

SONETTO

DEL CH. P. FRANCESCO LOMBARDI M. C.

Mentre l'estrano con maligni accenti
Terra di rimembranze Italia appella,
E con bell'opre alla calunnia fella
Risponde Italia ad ora ad or: tu menti;
Tu, Vicenza, non ultima argomenti
Come la prisca età si rinnovella,
Or che al Palladio tuo senso e favella
Ritorna sì che respirar lo senti.
Lo ritrasse dal ciel l'alto concetto
Di gran fabbro e la man: lunga stagione
Così fia pago tuo materno affetto.
E quindi i figli tuoi trarranno i sacri
Di gloria auspici: chè a ben far son sprone
De' grandi i monumenti e i simulacri.

Pene videbatur delapsa ex aethere diva,
    Quam ornarunt charites ingenuusque pudor.
Obstupuere omnes tantae miracula formae,
    Et merito hinc olli est undique partus honor.
Fervida sed mentem pietas animumque replebat,
    Quae bene cuique facit, dein benefacta silet.
Testis, Roma, tuus funesto tempore luctus,
    Quum tibi tam carum mors caput abripuit.
Namque manu currum, qui frigida membra vehebat,
    Ipse per extremum traxit iter populus,
Atque precabatur requiem: volitaverat inter
    Sed jam delicias spiritus aethereas.
Ergo aliena preces sunt in solamina versae:
    Perfectum in caelis sic pietatis opus.



Extera dum gens Italiam solet ore maligno
    Elapsi decoris dicere mnemosynon,
Ast olli assidue mendacia dicta refellens
    Respondet pulcris ausibus Italia;
Haud postrema oculis monstras, Vicentia, cunctis
    Antiqua hic aetas qui renovetur adhuc.
Quippe tuo nunc Palladio tali arte loquela
    Redditur et sensus, vivat ut ipse lapis.
Magnus siderea faber illum eduxit ab arce:
    Sic tibi perpetui pignus amoris erit,
Gloriae et auspicium: nam grandia facta suadent
    Magnorum effigies et monumenta virûm.

NEL RITROVAMENTO DELLE SPOGLIE MORTALI

DI RAFFAELLO DA URBINO FATTO NEL PANTHEON

CANZONE

DEL CEL. MARCHESE LUIGI BIONDI

Dunque son gli occhi miei di veder degni
Le ceneri e le care ossa onorate,
Che tue già furo nel mortal cammino,
O angelo d' Urbino,
Rapito al mondo nella verde etate?
I' vidi il picciol claustro, ove tua salma
Fu posta allor che l'alma
Se n' andò in pace ne' celesti regni.
Quel claustro or più non chiude
Che polve ed ossa ignude:
Ma sacro è quel che avanza
Per la dolcezza della rimembranza.



Miglior che questo la mortal tua spoglia
Aspettar non poteva altro riposo.
Sul sepolcro in sembianze alme e leggiadre
Sculta è la Vergin madre,
Ch'era il desìo del tuo spirto amoroso:
Onde pinta da te non sol parv'ella
Sopra le belle bella;
Ma i cor spogliò d'ogni terrena voglia.
E fu pur tuo desire
Sull'ora del morire
Che la sua immagin stesse
A monimento che il tuo fral chiudesse.



ELEGIA

Ergo tuos dignor cineres atque ossa tueri,
    Pulcras exuvias dum tibi vita fuit,
Divine o Raphaël immiti morte perempte,
    » Jucundum cum aetas florida ver ageret? »
Vidi egomet claustrum, cepit quod membra, beatus
    Quando animus sedes scandit in aethereas.
Nunc tantum cineres illud tegit ossaque: sacrae
    At sunt relliquiae; dulcia nam memorant.



Corporis exuviis nusquam contingere sedes
    Hac melior poterat. Marmore sculpta parens
Virgo de niveo tumulum superaddita fulget,
    Quam tuus in vita semper avebat amor;
Quaeque tua depicta manu, pulcherrima quamvis,
    Cor desideriis exuit omne malis.
Hoc fuit in votis suprema funeris hora,
    Ut bona Virgo tuum surgeret ad tumulum.



Supin tu giaci sì che tutta quanta
I' misurar potei la tua persona:
In sul petto fai croce delle braccia;
Nè mi par già che taccia
La voce tua, ma dentro il cor mi suona:
Tal ch'io dir t'odo come il mio cor vuole,
Queste dolci parole;
» Qui sotto il tuo divin presidio, o santa
» Genitrice di Dio,
» Riposo aver vogl'io,
» Fin che quel dì non giunga
» Che allo spirto, già mio, mi ricongiunga ».



Entro quel cranio, or tutto scarno e vôto,
Ma che pur tanto a riverenza inchina,
Scesero un dì dal ciel gli alti concetti,
Che a sovrumani obbietti
Innalzaron la tua mente divina:
Onde varcar potesti il comun segno
Fisso a mortale ingegno.
E il destro braccio, ch'or non ha più moto,
Emulo della mente,
Maravigliosamente
Ciò ch'ella in sè, non fuor di sè, vedea,
Ritrasse; e l'opra fu pari all'idea.



Il dì solenne in ch'ebbe esaltamento
La insegna della vita e della pace,
Trascorso aveva il mezzo di sua via;
E al nome di Maria
Sacro era il dì che gli si fea seguace:
Fuggian le nubi ch'avean fatto velo,
Pregne di pioggia, al cielo:
Un lieve soffio d'amoroso vento
Con soave sussurro
Gìa pel tranquillo azzurro:
E uno spirto d'amore
Dolci speranze ragionava al core:

Sed nunc ipse jaces resnpinns, nt omnia possim
Metiri membra: in pectore utrasqne manns
More crucis jungis: tamen haud reticere videris;
Sed penitus nostro in corde suave sonas,
Sic ut ab ore pias te credam has promere voces:
» O Christi Genitrix, hic mihi parta quies
» Sit precor, alma, tuo sub numine, dum insonet hora
« Quando animae in caeli limine restitnar.



Hanc intus calvam cerebroqne comisqne carentem
Tot pulcras formas indidit ipse Dens,
Queis tua caelestes mens est meditata nitores;
Atque humana levis cnncta supervolitans
Natnrae excessit fines. Quae torpida nnnc stat
Ingenii solers aemula dextra, modis
Effinxit miris tabulas, quas ipsa creavit
Mens: nnnqnam mentis dextra fefellit opus.



Festa dies medium jam jam conscenderat orbem,
Qua primum elatae est gloria parta cruci;
Quae properabat iter lux crastina, fronte gerebat
Virginis eoo nomen ab oceano:
Jamque fugabantur nimbosae ex aethere nubes,
Et faustus nitidis sol radiabat equis:
Aëra tum zephyrus mulcebat lene susurrans,
Spemque animis dulcem conciliabat amor:

Quando dello scarpello alla percossa
Diede un rimbombo del sepolcro il vano:
Suon d'alte grida in un sol grido accolte
Ferì l'eccelse volte
Misto a lieto picchiar di man con mano.
Seguio silenzio: e la cresciuta spene
Fea tremar polsi e vene;
Fin che al primo apparir delle bianche ossa
Più alto il suon si sparse:
Ma quando il capo apparse,
Oh allor la gioja! oh il pianto!
Altri lo narri, ch'io non valgo a tanto.

Tutti corremmo a saziar la vista,
E il compagno al compagno era d'intoppo:
A pianto, a gioja, a tenerezza, a riso
S'atteggiava ogni viso;
E le parole che facevan groppo
Velocissimamente ai labbri spinte,
Uscian mozze e indistinte.
Maraviglia dirò da me sol vista:
Vid'io, se fuor del vero
Non trascorse il pensiero,
Vidi tremar quel chiostro,
E commoversi l'ossa al gioir nostro.

La fama, che a vol rapido si spinse,
Fe' d' un solo disio caldo ogni petto:
Ciascun traeva al tempio; e il vasto loco
Alle turbe era poco.
Per man guidando il fanciul suo diletto
Dicea tra gioja e pianto il vecchierello:
» È questi Raffaello
» Che stanze e logge in Vatican dipinse;
» Ei fu, come angel, buono! »
E il fanciulletto al suono
Del nome non ignoto
Giungea le mani, e rimaneasi immoto.


E a te pur vanni io diedi
Canzon; perchè qui siedi?
Vola di lido in lido,
E all'estremo oceàn giunga il tuo grido.

Ecce autem scalpri geminatis ictibus, urnae
Hinc illinc latebrae contremuere cavae,
Ingentemque dedere sonum: cava culmina templi
Percellit clamor: protinus alta quies
Insequitur plausum: spes gliscit, et undique anhelas
Pertentat venas, pectora et ima tremunt.
Ast ubi cana viri venerunt ossa sub auras,
Hinc sonus atque illinc altior exoritur:
Dein caput ut visum, fuerint quae gaudia, laetae
Quae lacrymae, canat heus! alter; ego id nequeam.

Undique tunc animos cupientûm explere tuendo
Agmina praecipitant conglomerata virûm;
Alter et alterius plantas pede fervidus urget;
Omnibus inque genis laetitia et pietas.
Innumerae ruptaeque fremunt circum undique voces.
At quae egomet vidi grandia mostra loquar:
Nî specie fallor veri, plausum inter ovantem
Diva tremit sedes, ossaque subsiliunt.

Pennis advolitans rapidis hinc fama per urbem
Visendi studio pectora cuncta movet.
Limina quisque petit; capere aedes magna catervas
Haud potis est. Senior talibus alloquitur
Comprênsum dextra infantem comitatus: » hic ille est
« Hic Raphaël, pulcris gnavus imaginibus
» Atria qui Vaticani depinxit et aulas:
» Angelus hic pariter nomine reque fuit.
Tunc hisce attonitus dictis et nomine, sistens
Immotus palmam jungit utramque puer.

Musa, tibi pennas tribui: cur tarda moraris?
Funde tuum volitans litus in omne sonum.



ERRATA — CORRIGE

		ERRATA	CORRIGE
Pag. 15	lin. 18	volal	volat
» Id.	» 24	ari	auri
» 38	» 11	frustare	exturbare
» 66	» 9	ego	inde
» id.	» 14	revretitur	revertitur
» 84	» 4	moventis	movetis
» 85	» 26	ostiensis	ostiensi
» 94	» 33	praesentim	praesertim
» 96	» 25	praeditu sobiit	praeditus obiit
» 102	» 14	nune	num

IMPRIMATUR

Fr. V. Modena O. P. S. P. A. M. S.

IMPRIMATUR

J. Canali Arch. Coloss. Vicesger.





